infusus ualet dolori dentium cuꝫ succo edere terrestris mi scendo. Idem doloribus aurium singulare presidum prestat. Radix affodilli cum abrotano in lixiuio cocta & caput inde lauetur ualet ad alopiciam siue casum capillorū. Radix eius cocta cum furfure tritici in aqua liuoreꝫ faciei ex sole factam emendat. Radix etiam cocta cum aqua mollit uentrem. Affodillus multum contrarius est serpentib'. Item radix affodilli cum oleo pistata uel melle cum quo liniatur locus pilis carens & facit ibidem pilos oriri. Confert etiam contra stranguriaꝫ & dissuriam. Recipe affodillum coctum in uino cuꝫ granis milisolia & semine apii ad consumationem medietatis: da patienti colaturam cum ꝫucaro. Item cum scribitur. Recipe affodillorum debet itelligi radix. Item ualet contra ydropisim ex causa frigida scꝫ contra leucoflegmanciam & yposarcam. Recipe succi affodillorum: mediani: cordicis sambucis & ebuli añ. ℥. iiii. se. apii. se. spargi: radicuꝫ brusci. añ. ʒ. ii. omnia contusa buliantur in uino cum parum aceti ad consumationeꝫ medietatis colatum dulcoretur cum ꝫucaro & fiat potus habens prerogatiuaꝫ super alios potus consimilis intentionis quo bibito sequentes pillule sumantur. Recipe masse pillulaꝝ de miserion: masse pillularū fetidarum añ. ʒ. ꝯ. turbit. ℈. ꝯ. ꝫinciberis gra. i. misce cum oximelle squilitico & fiant pillule. ix. Postea sumat dyalacca uel dyacurcuma uel dyacostum pro confortatiuis.

AGNVSCASTVS

¶ Agnuſcaſtus eſt arbor calida & ſicca i tertio. Serapio. Et habet uirtutem ſubtiliandi & reſoluendi & habet etiam uirtutem ab cindendi coitum & maxime quando comeditur ſemen eius in cibis. Et illa que adminiſtrantur in medicina ex hac arbore ſunt folia: flores & ſemen. & prouocat menſtruum eius decoctio. Item ſemen eius comeſtum in multa quantitate inducit ſodam & ſubet. Item agnuſcaſtus ualet in opilationem ſplenis & epatis. Eius decoctio cum ſcolopendria & abſintheno & liquiricia cum uino cocta & colatum cum zucaro ſumantur in potu.

Idem ualet si bibatur cum oximelle ydropicis. Item agnus castus ualet contra duriciem uentris & splenis. Recipe seminis agnicasti puluerizati .ʒ.ii. radi. altee contuse misce cum fece olei & parum uini & fiat unguentum quo ungatur regio splenis uel uentris indurati. Item emplastrum factum ex foliis & floribus eiʹ & castoreō & aceto & cathaplesmentur genitalia ualet contra gomorreā id est euacuationem spermatis in somno. Item ualet etiam aguscastus libidinem reprimendo detur succus ipsius in potu i quo decoquatur parum castorei. Fomententur etiam genitalia ex aqua decoctionis ipsius & libido carnis reprimitur. Quidam faciunt lectulus ex foliis agnicasti ut reddat hominē castum. Quidam extinguunt libidinem sperma inspissādo cum semine lactuce psilii. se. citrulli: mellonus cucumeris cucurbite: portulace cum aceto: agresta & camphora ꝛc. sumendo eorum decoctionem in potu uel in fomentationibus circa genitalia. Aliqui laborant inaniendo spiritus & consumendo sperma ut sūt ruta: maiorana: agnuscastus. ciminum: anetum: calamentum ꝛc. sunt enim calida & aperitiua uentositatem consumentia. Item fomentum factum ex decotione agnicasti & ceptri galli & arthemisie i aqua superfluitates matricis exiccat & ipsius orificius angustat & ad conceptionem disponit. Item contra litargias accipe agnū castum: castoreum: apium & saluiam & fiat decoctio in aqua salsa cum qua fortificetur posterior pars capitis embrocando posteriorē partes capitis. pandecta. Platearius.

BORAGO

¶ Borago eſt calida & humida in primo gradu. Eius folia dum ſunt uirida precipue competũt medicine exiccata nõ comferunt ſecundario ſemen. Virtutẽ habet generandi bonum ſanguinem. Vnde ualet conualeſcentibus ex egritudine eius decotio. Valet etiam cordiacis ſiue ſincopiſantib' & melancolicis borago cum carnibus comeſta uel loco oleorum. Contra ſincopim tali modo fiat potus. Recipe ſucci boraginis. lb. i. uini decoctiõis citri quart̃. i. oſſz de corde cerui. ʒ. i. miſce cum ʒucaro albo & fiat inde potus quo utatur mane & ſero quantum placet. Conſert etiã aduerſus

opilationem ſplenis & contra melancoliam ſeu febrẽ quar-
tanam. Recipe ſucci boraginis lb.i.ſcolopendrie : cu cute
añ.m.ſ.foliorum ſene:radicum bruſci:ſpargi:e minum fe
niculi:petroſilini:aniſi:liquiricie añ.ʒ.ſ. omnia buliantur
in aqua & uino añ.lb.ſ.ad conſumationeʒ tertie partis:co
letur & colatũ dulcoretur cum ʒucaro & fiat ſirupus quo
utatur tepide mane & ſero pro qualibet uice in quantitate
medii ciphi quo ſumpto recipiantur ſequentes pillule. Re
cipe maſſe pillularum de reubarbaro maſſe pillularum
de lapide lazuli añ.ʒ.ſ.pulpe granorum catapucie nume
ro.vii.miſce cuʒ ſirupo de ſcolopendria & fiant pillule.ix.
Deiceps ſumatur tiriace.ʒ.i.cũ parꝰ uini uel dyacorus pro
confortatiuis. Radix boraginis non competit uſui medici-
ne.Herba cruda comeſta cum bugloſſa generat bonũ ſan
guinem. Contra yctericiam ualet ſuccus eius uel ipſa her-
ba cum attriplice cum carnibus cocta cuius ius uel bro-
dium confert. Item olera facta cum boragine & bletibus
& petroſilino in iure carnium elixata preſtant bonum nu-
trimentum. Item borago ſua proprietate habet cor confor
tare. Vnde aqua boraginis eſt multum cordialis & ualet i
pluribus paſſionibus & in ipſa aqua decoquatur folia ſene
& fiat inde ſirupus cum ʒucaro & ualebit patientibus mul
tum debilitatis. Serapio. Pandecta. Auicenna.

BVGLOSSA

¶ Buglossa siue lingua bouis quod idem est quia assimilatur in figura sua lingue bouis. Et uirtus eius prima est que calefacit & humectat. Secunda uirtus est que confert tussientibus ex asperitate pulmonis. Isto modo fiat potus Recipe succi buglosse.lb.i. ysopi:mellisse añ.m.s.radicis lilii:radi.yreos: enule campane: liquiricie.añ.ʒ.s.siccum siccarum numero.vii. buliantur singula cum aqua.lb.ii. ad comsumationem medietatis colatum dulcoretur cum melle despumato & fiat potus administrandus mane & sero tepifactus pro qualibet uice.ʒ.v. quo consum-

pto ſequentes pillule ſumantur circa medium noctis. Re/
cipe maſſe pillularum de agarico.ʒ.i. agarici.℈.ſ.ſalis gē
me gra.i.miſce cum ſirupo de liquiricia & fiant pillule.ix.
Poſtea ſumantur dyapenidium uel diairis ſalomonis pro
confortatiuis. Poſtremo ungatur regio toracis cuʒ unguē
to dyaltee mane & ſero cui miſceatur parum olei amigda/
larum dulcium. Virtus eius tertia eſt que letificat cor ſcʒ
quando buglolſa decoquitur cum carnibus uel miſceatur
in oleribus que fiant ex buglolſa boragine & bletibus in
iure carnium recentium decoquendo. aut fiat decotio cum
uino quod uinum ſimile operatur. Serapio. Et quando fo/
lia eius comburuntur iſtud ualet fluxibilitati dentium ex
gingiuarum. Idem ualet ad alcolam & proprie in ore pue/
rorum & in omnibus caliditatibus que fiunt in ore. Et pro
prietas eius eſt purgare coleram & melancoliam. & quan/
do aliquis uult eam ſumere ſumat ſuccum eius cum ſene
puluerizato cum parum ʒinciberis & parum ʒucari. Me/
ſue. Valet etiam ut ſumatur ſuccus eius cum bolo armeno
in cordiaca paſſione miſcendo parum de mellecrato. Pan/
decta.

BETONICA

¶ Betonica eſt calida & ſicca in tertio . Hebet uirtutem abſtergendi & incidendi groſſos humores. ideo ualet ad frangendum lapidem renum & ueſice & prouocat menſtrua & ualet in doloribus laterum. Et ualet contra opilationem ſplenis. ad hec omnia confert decoctio eius & ſcolopẽdrie & radicis feniculi cũ uino potando. Idem ualet in ydropiſi addendo radices bruſci: ſpargi notanter in cauſa frigida. Item puluis betonice ualet ad conſolidandum uulnera capitis com mira & parum croci miſcendo. Item betonica decocta in aceto cuꝫ edera terreſtri & parum piretri ualet ad

dolorem dentium os abluendo. Aqua betonice cum pul uere aloepatici & parum thucie puluerizate miſcendo ua let contra obſcuritatem uiſus imponendo oculis guttatim Item decoctio betonice in uino & parum abſinthei & cube barum ualet ad dolorem capitis confortando neruos. Et betonica cum ſpica celtica & cubebis in lixiuio cocta ua let contra uertiginem & dolorem capitis ipſum caput cre bre inde lauando. Idem ualet contra epilentiam. Item deco ctio betonice cum aceto ualet contra morſuram animalis uenenoſi deſuper applicando. Et uinum decoctionis eius cum parum galange puluerizate ualet eructuationi aceto ſe. Item decoctio radicis betonice & florum cartami data in potu cum ydromelle facit potenter uomere flegma. Itē quando bibitur betonica cocta in uino ualet maliciei indi cinarum mortiferarum. Serapio. Et uinum decoctionis be tonice cum bolo armeno mixtum ualet ſpuentibus ſangui nem ex pectore. Confert etiam uinum betonice cum ebu lo & catapucia decoctum contra arteticam. Item ualet co lice paſſioni. Et uinum betonice ualet mulieri in partu nō febricitanti. Et febricitanti ualet aqua betonice. Pandecta. Serapio & Platearius.

BRANCA VRSINA

¶ Branca urſina eſt herba calida & humida i ſecundo gradu. Virtutem habet molliſicandi & maturandi & leniendi ualet contra ariditatem neruorum & membrorum & ad apoſtemata indurata. Et contra uicium ſplenis indurati ſiat unguentum ex branca urſina & radice altee & ſe. ſenugre. & lini cum oleo communi buliatur & coletur colato addatur cere qd' ſufficit. & ſiat unguentum quod ualet uniuerſaliter ad omnia apoſtemata indurata & ad uitiu3 pectoris ex flegmate fiſcoſo ibidē peccāte quod idiget molliſicatōe ut p uiā ſcreatus facilius euacuet & ſi leco olei cōis reci-

piatur oleum amigdalarum dulcium confortat eo melius pectus liniendo. Item unguentum ualet ad dolorem matricis & ad dolorem aliorum membrorum ex frigiditate & uentositate quod sic potest dispensari. Recipe succi brãce ursine. ℥.iiii. sauine: polegii: arthemisie: abrotani: absinthei: saluie: maiorane: rosmarini añ. m.i. cinamomi: spice: cimini galange añ. ℥.ii. omnia confundantur & buliantur cum uino ad uini consumationem postea exprimatur succus cui adde cere albe ꝙ sufficit & fiat unguentum molle species supradictas in fine addendo & inde liniatur uenter uel alia loca dolorosa ex flegmate seu uentositate. Branca ursina sedat dolorem iuncturarum cum adipe anseris & radice altee ꝗ parum uini miscendo. similiter ualet ad extensionem membrorum inde linita. Item decoctio brance ursine & foliorum altee & semine psilii in aqua ualet contra ardorem urine & intestinorum dolorem. Et precipue ualet contra sitim & apostemata ipsius anni & contra morsum ueneno/si. Pendecta. Platearius ꝛc.

XXVII

BLETA

¶Bleta eſt frigi.& humide complexionis. & ſunt due ſpe-
ties alba & nigra.Alba habet uirtutez abſtergendi & lenie
di & humectandi & infrigidandi.Sed nigra habet aliquale
ſtipticitatem:ideo nigra ſtringit uentrem. ſed alba ſua hu-
miditate laxat uentrem:ideo cõſtipatur ualet decoctio ble
te in carnibus . Valet etiam expurgando ſuperfluitates ca-
pitis fiat inde ſternutatorium cum ſucco blete & melle &
parum zinciberis imponendo naribus.Et ſuccus eius cuz
ſemperuiua prohibet generationem apoſtematis.Idem ua
let ad ignem ſacrum & ad eriſipilam cum aceto mixtum.

Et uſus blete nimi⁹: mordicat ſtomachum & inteſtina. & ambe ſpeties ſunt pauci nutrimenti propter nitroſitatem q̃ eſt in eis. Serapio. Sed bleta eſt bona in aperiendo opilationem ſplenis & epatis ab intra capiendo eius decoctionem cum ſcolopendria loco cibi. Item ex decoctione eius radicis & abrotani abluitur caput aufert furfures & lendes capitis & pediculos. Item ex ſucco blete & ſale nitri fiat mixtura qua abluatur morphea & confert. Idem ualet ad ulcera fraudulenta putridam carnem abluendo. Idem ualet ad ulcerationem oris. Idem ualet ad impetiginem & curat ulcera narium. Item cum liniatur caput cum ſucco blete & abrotani facit oriri pilos in alopicia. Itez decoctio blete ualet contra ſitim & tuſſim. Et decoctio blete cum ſinapi aut cuz aceto comeditur ſpleneticis confert & eis eſt bona medicina magis q̃ nutrimentuz. Dyaſcorides capitulo de bleta. Bleta epati laborantibus & ſpleneticis cum ſinapi utiliſſime eſui datur. Ignem ſacrum & que aduſta ſunt cuz albumine illinita reſtringit & ad incolumitatem reducit. Item ſuccus blete auribus tepide parum infuſus ſedat dolorem aurium. Et liniatur cum eo cicatrix aufert eius liuoré ſeu nigredinem. Pandecta.

BVRSA PASTORIS

¶ Bursapastoris siue sanguinaria est fri. complexiōis habz uirtutem stipticitandi. Et sunt due speties: una habet folia ī modum pere & dicitur bursapastoris. sed alia dicitur centinodia & est herba serpens super terram habens folia in modum rute & semen habet circa folia & dicitur etiam lingua pessarina. Hee herbe multum iuuant ad apostemata calida scz ad erisipilam & ualet similiter ad flecmones siue pustulas rubicundas ex calore: ideo bursapastoris cum aceto contusa & telibus iam dictis applicata repercutit humores ne reumatizare habeant ad locum apostematum.

Et ſummum eſt remedium diſſintericis & emoptoicis de-
coctio burſepaſtoris cum plantagine & bolo armeno cuꝫ
aqua pluuiali decoquendo & inde bibatur donec ceſſet ta-
lis fluxus. ſed ab extra ſuper inteſtina fiat cathaplaſma cuꝫ
tota herba ipſius burſepaſtoris & plantaginis & boli arme
ni & albuminis oui cū aqua pluuiali decoquendo hoc ma-
gnum preſtat in tali caſu iuuamentum. Item ſuccus burſe
paſtoris eſt conſolidatiuum uulnerum ſanguinoſorum.
Iuuat etiam ad ulcera in auribus exiſtentia repleta putredi
ne pus ibi exiſtens exiccat. Iuuat etiaꝫ ad fluxum meſtruo
rum decoctio burſepaſtoris & perſecarie. i. herbe cum ma
culis nigris cum aqua pluuiali. Et cum eodem fiat fomen-
tatio per inferius circa femoralia. Succus etiam bibitus cū
bolo armeno mixtus emoptoicis medicatur & ſtranguirio
ſis opitulatur: urinam prouocat: morſibus uenenatis cum
uino bibitus prodeſt: dolorem aurium compeſcit. Et deco
ctio burſepaſtoris cum ſempuiua in aceto & applicata lo-
co ignito ualet contra ignem ſacrum.

BERBERVS

¶ Berberus eſt fri. & ſic. in ſecundo. ſed ſilueſtris eſt ſicca & frigida in fine tertii gradus. & eſt frutex cum ſpinis. Et fructus eius eſt cum ſtipticitate forti uincenti colerá. Succus fructus eius cum aqua plantaginis abſcondit fluxum uentris inueteratum & humiditates a matri fluentes. Et quando fit emplaſtrum cum fructu berberis trito cũ ſucco diptami uel auricule muris attrahit ſagittas infixas carni uel ſpinas & alias ſimilia. Et ſuccus fructus berberi auſert ſitim calidam & fortificat ſtomachum & epar preter naturaliter calefacta uicio colere. Et ſuccus berberi cum

aqua rosarum ualet apostematibus calidis cum albumine oui miscendo ipsis suppositum. Et confert ualde fluxui sanguinis prouenientis ex rasura intestinorum succum fructꝰ berberi cum aqua plantaginis cum parum mastice miscēdo. Valet etiam contra calefactionem epatis succus berberi cum aqua endiuie & parum sandali rubei miscendo & epar epithimando crebre donec ꝓpendas eius infrigidationem. Valet etiam contra discrasiam febrilem notanter in febre terciana isto modo. Recipe succi berberorum: succi endiuie aā. lb. s. florum uiolarum. m. i. seminum quatuor frigidorum. ʒ. ii. prunorum damasceni numero. vii. omnia buliantur i aqua simplici. lb. ꝛ. ad consumationem tertie partis colando: colatum dulcorando cum ʒucaro albo & fiat sirupus sumendus ut supra dictū est in aliis capitulis: quo consumpto sequentes pillule sumantur. Recipe masse pillularum de reubarbaro. ℈. ii. masse pil. de fumo terre. ℈. ii. diagredii gra. iii. misce cum sirupo de endiuia & fiant pillule. ix. sequenti die sumatur dyarodon abbat. uel triasandali pro confortatiuis. postea epithimando epar ut supra. Pandecta platearius.

BASELICON

¶ Baſeliconis ſunt due ſpeties. una eſt garioffilata: quia habet odorem garioffilorũ & eſt cali. in primo gradu & ſic. in ſecundo & eſt maioris efficatie. Platearius autoritate cõſtantini. Sed citrinum eſt calidum & ſic. in primo. Et cum reperit baſelicon i receptis: ſemen intelligit in medicinis. ſed i emplaſtris ipſa herba ſumit. Et ſua aromaticitate habet uirtutẽ ꝓfortandi & diſſoluẽdi: cõſumendi: abſtergendi & mũdificandi. Pãdecta auctoritate Dyaſcoridis capitulo de Oꝫimo uel baſelicone: ꝙ uirtus eius inter medicos penitus ſit incerta. & dicunt ꝙ ſint inutilis ſtomacho &

oculos ebetat & insaniam facit. Et quando baselicon putre fit in sole contingit uermes generari ex ea herba. Et putant aliqui q̃ si quis eo die quo baselicõ sumpserit a scorpione ferietur non posse saluari. sed hec opinio falsa est. Pandecta. ymo stomacho prodest eo q̃ inflationes eius dissoluit & ualet ad alia iuuamenta quoniam ualet ad sincopim & cordiacam passionem: detur aqua decoctionis uel uinum decotionis eius cum citro in modum infusionis per noctẽ. Ipsa herba ualet infrigidatione stomachi hoc modo: decoquatur in uino cum menta & galanga. Sic idem ualet contra indigestionem ex frigiditate. Valet etiam ad fluxuẽ uẽtris ex frigiditate: principaliter ad lienteriam que dicitur fluxus uentris cibalis tali modo. Recipe semẽ baseliconis cum parum acacie. i. succi prunorum agrestũ in aqua pluuiali & detur patienti & ualebit. Valet etiam ad matricem mundificandam & menstrua prouocanda fiat decoctio eiꝰ cum art hemisia & foliis lauri & fomentetur matrix & fiat inde pessarium siue suppositorium ad uuluam: hoc idem ualet ad conceptum. Ipsa herba baselicon & taxus barbatus cum uino cocta cum oleo mixta & cathaplasmata anchis iuuat ad tehnasmonem. Baselicon comestum in oleribus prestat bonum anhelitum. Et decoctio eius cuẽ uino bibita ualet doloribs oculorum. Pandecta. Platearius.



BRIONIA

¶ Brionie eſt calide & ſicce complexiõis ſcz tota herba ſcz folia fructus & radix. & habent uirtutẽ abſtergendi & ſubtiliandi & diſſoluendi: ideo ualent induricie ſplenis faciendo emplaſtrum ex eo & radice altee & fic bus cum aqua decoquendo cũ axungia porci & loco indurato ipſius ſplenis applicando uel alio membro indurato & ualebit. Item cum ſucco brionie abraduntur pili coriorꝫ. Et ſucus brionie cum ſale communi confert ulceribus fraudulentis quãdo abluuntur cum eo. Idem ualet curando fixuras tibiarꝫ Item radix eius contuſa cum fenugreco & orobo & acetp

quo abluatur cutis mundificat & abſtergit eam & aufert pannum & ueſtigia nigra & cicatrices ulcerum & aufert liuorem ſub oculo. Et ſuccus brionie mixtus cum oleo & parum cere fiat unguentum ad fiſtulas ani & ſedat dolorem. Et ſumitas huius herbe in principio ſue maturitatis coquitur cum feniculo & petroſilino & bibitur prouocat urinam & laxat uentrem. Et quando fit emplaſtrum ex decoctione brionie cum uino ſedat pannericium id eſt apoſtemata in ungue & etiam reſoluit apoſtemata & aperit ea Extrahit etiam oſſa in ulceribus & putridam carnem. Unguentum ex ſucco eius & uiride etiam factum cum paruꝫ olei & cere. Et uinum decoctionis eius ualet ad apoplexiā & epilentiam & occidit fetum. & confert morſibus triti & paruꝫ inde ſumere debet & ſi nimis ſumatur de ea accidit permixtio rationis doſ eius eſt. ʒ. ii. Et quando mulier ſubicit brioniam ſibi expellit fetum & ſecundinam. Et ſi bibitur eius decoctio cum uino prouocat urinam & menſtruum. Et quando fit ſeſſio ſuper idem per mulierem mundificat matricem. Iuuamentum etiaꝫ facit ad apoſtema ſanioſum rumpendum fiat emplaſtrum cum brionia & altea & axungia porci mutuo cocta. Serapio. Auicēna. Pandecta.

CICOREA

¶Cicorea eſt frigida & humida in ſecũdo. Et ſunt due ſpe ties: una agreſtis: alia ortulana. Et ortulana magis infrigi dat q̃ ſilueſtris. Succus eius ualet contra opilationem epa tis & eius caleſactionem iſto modo ſumendo. Recipe ſucci cicoree & endiuie: ſcolopendrie añ. lb. ſ. flos uiolarũ uua rum paſſulas añ. ⅔. ſ. quatuor ſeminũ frigidos. ſemis latu ce: ſeminis portulace añ. ⅔. ii. ſpodii. ʒ. i. contuſa buliantur cum lb. ii. aque ſimplicis & parum aceti ad conſumationẽ medietatis colatum dulcorando cum ʒucaro albo & fiat ſi rup' quo utatur mane & ſero tepide ut ſupra. quo ſirupo

consumpto sequentes pillule sumantur .R.masse pillularꝫ de reubarbaro.ʒ.ii.masse pillularum stomaticarum.ʒ.i. dyagredii gra.iii.misce cum scirupo de endiuia & fiant pil lule.ix.Altera die sumatur dyarodon abbat uel triasanda li uel dyadragantum frigidum pro confortatiuis.Et ab ex tra fiat inuncio super mineram epatis cū unguento triasan dali.uel fiat epithima super epar cum aqua endiuie miscen do puluerizatum sandalum rubeum cum pannis lineis im bibitis in ipso epati applicatis.Succus etiam cicoree iuua mentum prestat morsui animalis uenenosi.Idem ualet eri sipule seu apostemati ignito cū sanich ordei siue ordeo fra cto cum aceto miscendo & parum ceruse inde fit unguen tum utile ubi oportet ifrigidare. Sucus cicoree mixtus cū succo altee & herba paralisis cum oleo lini & parum cro ci miscendo ualet ad podagram notanter se dando dolorez eius. Item aqua cicoree mixta cum nitro siue sale nitri ua let contra morpheam ipsam abluendo crebre.Pandecta. Item succus eius cum aqua lactuce ualet confortando cor Auicenna de uiribus cordis.

CALAMENTVM

¶Calamentum eſt calidum & ſiccum in tertto gradu . Et ſunt tres ſpecies: una eſt in odore ſuo & in foliis ſimilis polegio niſi ꝗ folia ſunt maiora & aliqui nominant illud polegium agreſte. Et ſecunda ſpecies nominatur nepita. Et eſt tertia ſpecies ſimilis mẽte agreſti niſi quia folia ſunt longiora foliis mente. Pandecta. Serapio auctoritate Gali. quando bibitur ſuccus eius cum aqua mellis prouocat ſudorẽ. Et calamentum tritum cum oleo & parum ſalis & parum aceti quo ungatur pulſus manuum & pedu3 confert rigoribus parioticis ante peroxiſmum per horam ungendo.

Idem ualet ſciatice paſſioni ipſam ſciam inde ungendo. Et ſuccus calamenti cum uino ſumptus uel decoctio eius i uino ſumpta in potu pro uocat menſtrua efficaciter. Et quãdo calamentum ſumitur in medicinis conferentibus leproſis multum confert ipſis reſoluendo humores reſolutione forti. Et eius emplaſtratio cum uino aufert liuorem ſub oculo. Et quando ſumitur ſuccus eius in potu uel miſcetur in cliſteri occidit aſcarides & lumbricos. Et occidit ſimiliter uermes qui generantur in auribus & in ulceribus profundis. Et quando fit peſſarium ex calamento contuſo cuꝫ parum uini occidit & expellit fetum igitur inſciſſiua quedam uirtus ineſt ei propter caliditatem eius & ſubtilitateꝫ partium & eius amaritudinem. Et ſola herba in potu data confert aſmaticis & yctericis propter amaritudinem maxime aperiendo epatis opilationeꝫ. unde bibita decoctio eiꝰ urinam prouocat & morſibus uenenatis occurrit eius ſuccus quo ungatur cutis leſa & torionibus uel conquaſſationibus membrorum ſubuenit. Et bibitum calamentum cũ uino uenenum amputat. Et comeſtum & bibitum ſtomaticis preſtat effectum & ſuo fumigio ſerpentes de domibꝰ fugat. unde nobiliſſimis antidotis meruit aſcribi. Pandecta & hodie a medicis dyacalamentum predicatur.

CENTAVREA

¶ Centaurea est calida & sicca in tertio gradu. Et sunt due speties scz maior & minor. & est consolidatiua tantuz quia si radix centauree maioris ponatur in olla buliente in qua sunt carnes seperate eas conglutinat. Et si recens ponatur super uulnus consolidat uehementer. & similiter exiccata puluerizata idem facit. Radix centauree maioris sumpta i potu cum riquilicia ualet in sputo sanguinis. Itez decoctõ centauree maioris uel minoris cũ scolopendria & uuispassulis & liqricia & colatũ cũ zucaro dulcoratũ ꝓfert febricitantibus. Dicit Platea. autoritate Galie. ꝙ centaurea ẽ ex

medicinis nobilibus remouendo opilationez splenis & epa
tis sine nocumento ergo yctericia causata ex opilatione ua
let decoctio iam superius dicta. Item decoctio eius cum
uino prouocat menstrua & educit fetum. & nullo modo
pregnanti exhibeatur quia aborsum causat. talis etiam de-
coctio cum semine feniculi & petrosilini prouocat urinam
Et similiter uinuz decoctionis centauree addita zucaro ua
let contra opilationem splenis & epatis: renum & uesice &
contra stranguriam & dissuriam. Et centaure cum uino &
oleo cocta & cathaplasmata circa renes & pudibundas &
pectini & etiam super splenem confert. Vnguentum etiam
factum ex succo eius & puluere & oleo & parum cere ua-
let super splenem induratuz. Item in duricie splenis & epa
tis & ad alia predicta & principaliter contra yctericiaz ua
let talis sirupus. Recipe succi centauree lb. i. aque scolopē
drie lb. s. radicis feniculi: petrosilini: apii: quattuor seminū
frigidorum añ. ℥. s. quibus decoctis ad consumationē ter-
tie partis colatum cum zucaro dulcoretur & fiat. potus su
mendus ut supra. Prius sumantur pillule de reubarbaro
& dyacalamentum pro confortatiuo. Idem potus ualet cō
tra yliacam passionem. Item pro oculis clarificandis ualz
succus eius cum aqua ros. Pandecta & platearius.

CARTAMVS

¶ Cartamus est cali. in primo & siccum in secundo gradu & melior pars plante ipsius est semen post illud flos eius. Est autem cartamus aperitiuus: absterſiuus: conturbatiu' faciens nauseam. ideo inest ei uirtus prouocatiua uomitus & laxatiua per uentrem. & multum nocet stomacho faciés fastidium. sed est debilis solutionis: ideo additur ei parum zinciberis pro certificatione sed ꝙ nocet stomacho emendatur cum galanga uel macibus. Semen cartami datuz cũ parum mellis despumati & parum galange purgat uentré Item flos cartami tritus mixtus cum aceto & liniatur sup

malam carnem siue impetiginem aufert eaꝫ. Et idem autoritate mesue linitum super linguam puerorum uel os ulceratum confert. Cartami flores decocti cum uino ab erxta applicando lac coagulatuꝫ dissoluit & dissolutum coagulat. & laxat humores flegmaticos & adustos cum parum zinciberis miscendo. Decoquitur etiã medulla seminis cartami cum speciebus ut supra in iure galli. & multuꝫ ualebit pro eductione flegmatis peccantis in pectore seu stomacho per uomitum similiter per uentrem. Idem ualet in colica per uiam clisteris. Decoctio uero floris cartami in aqua mellis remouet yctericiam. Valet etiam potus florũ cartami contra puncturam scorpionis. Idem lac amigdalarum dulcium cum succo seminum cartami & aqua ordei aut psilii cum aniso & parum mellis fiat decoctio & colatura quod ualet in dissinteria & dicunt multum ualere. & quantitas illius pro una dosi est. ʒ. vi. Item flores cartami contusi cum aceto & puncture scorpionis appositum confert. Et quidam putant q̃ si percussus a scorpione si tenuerit radiceꝫ cartami non sentiet dolorem & quando proicit eam sentiet. Item gallus antiquus uirga percussus & illico interfect' & deplumatus & in eius uentre ponatur de cartamo & polipodio & aniso & calamẽto & cinamomo & buliatur in aqua cuius ius multum ualebit ad predicta. Pandecta. Plateari'.

CINOGLOSSA

¶ Cinoglossa.i.ligua canis. Et dicitur a cinos qd' est canis & glossos qd' est lingua. Et est herba similis arnoglosse: nisi quia sunt ei glosse apparens i foliis. Et succus mixtus cũ aceto medetur ulceribus oris & aliis ulceribus fraudulentis. Et est frigide & sicce complexionis. Et eius succus cuꝫ succo plantaginis & radic. yreos & parum mellis ualet ad alcolam siue apostema oris ulcerati. Et balneum decoctionis cinolosse cum plantagine & bursepastoris ualet cõtra geomoream. & post balneuꝫ fomententur genitalia cũ decoctione florum agnicasti & parum castorei & aceti.

Vel fiat potus cum semine lactuce:psilii:citrulli:melonuꝫ cucumeris:portulace:storiole:sumat cuꝫ aceto & agresta qui potus extinguit libidinem inspissando sperma. Alia autem sunt inaniatiua spiritus consumendo sperma & uentositates:ut agnuscastus:ruta:maiorana:calamentuꝫ:ciminuꝫ anetum:sunt enim aperitiua & resolutiua. Platearius capitulo agnuscastus. Confert etiam decoctio cinoglosse contra uiscositatem stomachi & contra discrasiam pulmonis ex calida causa cum aqua mellis ministrando. Item accipias linguam canis siue cinoglossam cum corde ranicule & eius matrice:pone ubi uis & post modicum temporis congregabuntur omnes canes uille. & si predictum sub pollice pedis habueris omnes canes obmutescent nec poterint latrare. Et si predictuꝫ in collo alicuius canis posueris: ita ꝙ non possit ore attingere : semper uertetur in circuitu ad modum rote uolubilis donec cadat in terram uelut mortuus & hoc est expertum nostro tempore. Albert⁹ de uirtutibus herbarum.

CAMOMILLA

¶ Camomilla est calida & sicca in primo : habet uirtutem mollificandi & dissoluendi : frondes & flores sunt equalis uirtutis. Et aqua decoctionis eius cum arthemisia cuꝫ qua fomentetur matrix ualet prouocando menstruum. Idem ualet mulieribus difficulter parientibus. Decoctio floruꝫ camomillarum & extremitatum absinthei & radicum feniculi: petrosilini & quatuor seminum frigidoruꝫ in uino cũ ꝫucaro albo dulcorando. de quo bibatur ualet urinam ꝓuocando: lapidem expellendo: inflationem splenis & dolorem epatis & iliorum dissoluit & yctericiã curat. Confer.

etiam decoctio camomillarum & florum uiolarum & q̃tuor seminum frigidarum & se. latuce & endiuie cum liqritia & ficubus cum aqua & paruꝫ ꝫucari miscendo in potu exhibendo ualet peripulmoniacis & epaticis. Item flores camomillarum cum aceto & parum salis cõmunis & oleo eius mutuo conquassata ualet febribus pioticis pulsum manuum & pedum inde emplastrando ante oram pximi. Sed cum oleo camomillarum ungatur dorsum patiẽtis febrem tertianam ualet contra rigorem eius. Et cum aliquis fuerit fatigatus propter laborem tunc inungatur dorsum cum oleo eius & oleo aneti & de mane nihil sentietur. Et decoctio eius & arthemisie in uino bibita & supposita fomento menstruis imperat: aborsum celebrat: calculos frangit: urinam prouocat: torsionibus & inflationibus auxiliatur. Est autem extenuatoria & proptera diuretica est & relaxatiua condensat & arefacit. ideo in doloribus mulꝫ iuuat. Item flores camomillarum in oleo cocti cum quo ungatur ypocundria dolorem sedat. Item sedat dolorem capitis & oculorum. Epaticis succus eius potui datus precipue febricitantibus cum aqua endiuie mirifice predest. Pandecta. Camomilla sedat dolorem apostematum mollificando & resoluendo. Auicenna.

CAMEPITEOS

¶ Camepitheos calidum & ſiccum in ſecundo gradu . Et dicitur camedros maior. Habet uirtutem diureticam mundificatiuam & laxatiuam. Et eſt reſolutiuum ventoſitatuꝫ & attenuatiuum groſſorum humorum : ideo ualet contra opilationem ſplenis & epatis atq; matricis: urinam prouocat & menſtrua extirpat & yctericiam curat & nefreſi auxiliatur & nteſtina purgat. Iſto modo fiat potus ſumendus Recipe camepitheos : arthemiſie : ſcolopendrie aã . m.i. radicum bruſci : ſpargi : ſeminum feniculi: petroſilini aã. ʒ.ii. omnia buliantur in uino & aqua ad conſumationem

tertie partis:colatuꝫ dulcoretur & fiat potus qui ad omnia predicta presidium prestat. Et succus camepitheos cum mellicrato & bibitur ualet strangurie. Et succus camepitheos habet uirtutem consolidandi uulnera magna: & curat plagas putridas. & resoluit duricies mamillarum miscendo succo eius farinam fenugreci & farinam seminis lini cum succo radicum altee. Et quando bibitur de succo camepitheos cum ydromelle. xl. diebus curat yctericiam. & ualet in potu egritudinib⁹ epatis ad stranguriam & dolorem renum & ad punctiones intestinorum. Item succus camepitheos cum succo caulium cum melle miscendo ualet ad conglutinandum uulnera & prohibet dilationes formice & aliorum apostematum de putredine multum corrosiua. Item puluis camepitheos cum melle datus ualet contra lumbricos cum succo centauree miscendo. Item succ⁹ eius cum succo premule ueris uel succo herbe paralisis in uino cocta miscendo castoreum quo inungatur loc⁹ paraliticus magnum prestat iuuamentum. Et decoctio camepitheos cum abrotano & uino & ꝫucaro miscendo in potu data matricem infrigidatam calefacit & mundificat a superfluitatib⁹ flegmaticis. Pandecta.

CAPILLVS VENERIS

¶ Capillus ueneris alio nomine adiautas. Pandecta & Iohannes mesue ca. de Capillis ueneris dicitur capillus fontium. & ſm quoſdam coriandrũpute in nuncupatur. Et ē herba cuius folia ſunt ſimilia foliis coriandri. Et ſm Dyaſcoride dicitur poletricon que omnia in idem redunt. Naſcitur in locis umbroſis & aquoſis & parietib⁹ humidis & circa fontes: frigide & ſicce eſt complexionis temperate. Platearius. Virtutez habet diureticam: recens eſt multe efficacie: exiccatus pauce uirtutis: herba utilis eſt non radix Confert contra calefactionem epatis & febri terciane pro

deſt ex eo factus ſirupus. Recipe aque decoctionis eius & endiuie & ſcolopendrie cum ſeminibus quattuor frigi. & ſeminis portulace & lactuce & ex hiis fiat ſirupus cuʒ ʒu caro quo utatur mane & ſero pro qualibet uice in quantita te medii ciphi. Deinceps ſumantur pillule de reubarbaro cum acumine trium granorum diagredii uel loco pillula rum. Recipe electuarii de ſucco roſ. dyaſene añ. ʒ. ii. caſſʒ fiſtule. ʒ. iii. miſce & fiat bolus. Poſtea ſumantur tria ſanda lum uel dyadragantum pro confortatiuis. Capillus uene ris facit oriri capillos in alopicia & diſſoluit ſcroſulas. eiꝰ ſuccus mixtꝰ cum ſucco abrotani & parum mellis quo li niatur locus depillatꝰ. uel ponatur ipſa ad lixiuium quo a bluatur locꝰ depilatꝰ ratificando cutem calloſam inde lini atur locꝰ talis cum ſuccis. & cum melle ut ſupra. Item ſuc cꝰ capilli ueneris cum ſemine feniculi & miliiſolis decoctꝰ cum uino frangit lapidem & iuuat ad excreandum humo res flegmaticos in pectore peccantes cum ſucco yreos & parum ʒucari miſcendo. Serapio. Item elixatura capilli ue neris & ſcolopendrie in uino ualet opilationi ſplenis & epa tis & ſtrangurie & abſcindit fluxum ſanguinis. Pandecta.



CEPE

¶Cepe calide ſunt in quarto cum aliquali humiditate. Et cepe longe ac rubei coloris ſunt acutiores rotundis & cepis albis. & eſt apertiua: quia apit orificia uenarũ que ſũt in ano: ideo aperiunt cepe emoroidas qñ applicantur ano. Et prouocant menſtrua applicando cepe in modu3 peſſarii. Item cepe eſt inflatiua & difficilis digeſtionis notanter cruda. Et cepe cocta calefacit corpus & ſubtiliat in ipſo groſſos humores flegmaticos: ideo hominibus colericis nocet ſed ipis flegmaticis & habũdantib⁹ flegmate uiſcoſo & crudo ꝓfert: qa cepe inſcindit & ſubtiliat groſſos humo/

res ideo talibus epulas preſtat tutas. Item cepe generant ſitim & mordicant & gignunt uentoſitates: molliunt uentrē & fit ex eis ſuppoſitorium. Et ſuccus ceparuʒ mixtus cuʒ puluere maiorane & parū ʒinciberis naribus inflatus purgat caput. & dicitur caput purgium. Et cepe contuſa cuʒ aqua & ruta ualet in morſu canis rabidi. Et cepe mixta cū nido yrundinum & melle preſtat ſquinancie preſidium ab extra applicando. Item cepe contuſa cum aceto & inde liniatur morphea in ſole & confert. Et quando ſuccus ceparum cū thucia miſcetur & applicatur oculis ualet ad pruritum oculorum qui a flegmate ſalſo cauſatur. & quando miſcetur cum ſale & adminiſtratur ſuper uerucas aufert eas. Et quando ſuccus eius miſcetur cū adipe galine & apponitur aufert calles ſeu nodos qui fiunt in pedibus propter calciamenta. Et ſuccus ceparum diſtillatus in aurē cōfert debilitati auditus & in tinnitu eius & aqua deſcendenti in eam. Et quando linitur ſuccus eius cum ſucco abrotani ſuper alopiciam facit naſci pilos. & circa barbam inunct' facit eam accelerare: quia fricatio facta cum cepis aperit poros & inde apratur locus pre creſcentia pilorum in longum & hoc habetur pro experto. Serapio. Iteʒ cepe ualēt ad prouocandum coitum. Et frequenter comeſtum obtenebrant uiſum. Item inducit ſomnum: quia replet caput uaporibus.

CORIANDRVM

¶Coriandrum eſt planta cuius ſemine cõmuniter utimur in medicinis. & eſt frigidum in primo & ſic. in ſcdo. Auicẽna. S3 Serapio dicit ipſum declinare ad caliditatem: Similiter Galienus. Sed Dyaſcorides contra dicit & uult q̃ ſit frigidum. Nota ſuccus eius ualet apoſtematibus calidis cu3 aceto & ſucco ſemperuiue miſcendo. Item ſuccus coriandri cum farina fabarum & furfure tritici cum roſ & aceto miſcendo remouet inflationem teſticulorum ipſis applicãdo. Item coriandrum prepatum cum aceto poſt prandiũ comeſtum ualet ad prohibendum aſcenſum uaporum ad

caput: ideo epilentia proueniens ex uaporum exalatiõe ad caput per coriandrum post prandium comestum curatur Et coriandrum prepatum puluerizatum cum succo plantaginis bibitum ualet contra fluxum sanguinis. & succus eius cum aceto ualet contra ignem sacrum. Item semen ei' cum aqua plantaginis potatum a muliere ilico stringit mẽstruum & fluxum uentris: patet experientia. Pandecta ca. de Coriandro Coriandrum recens est frigidum narcoticũ inducens sincopim & stuporem: quia suo odoratu congelat uapores & fumositates ascendere ad caput ideo ualet i soda siue dolore capitis. & ualet ebrietati: ideo ponitur in cibis epilenticorum quoniam cause epilentie sunt uapores ascendentes a stomacho. Et aqua infusionis coriandri cum zucaro abscindit uirge erectionem & desiccat sperma. Itez succus coriandri naribus inflatus restingit sanguinem narium. Idem fit quando odoratur. Item succus coriandri cũ succo semperuiue & cbeti cum pane miscendo ualet applicare in erisipila uel apostematibus calidis. Vel miscendo succum coriandri cum lacte uel cerusa & aceto uel oleo ros' & idem facit in igne persico. Serapio. Item coriandruz prepatum ualet contra uertiginem causatum a uapore calido aut flegmatico. Et succus eius distillatus in oculo sedat eius puluerizationem. Et coriandrum ualet in tremore cordis dando eius puluerem cum aqua boraginis.

CVSCVTA

¶ Cuſcuta eſt res inuoluta ſuper linum: eſt calidum in primo & ſiccum circa ſecundum. Eſt mundificatiuuꝫ & purgatiuum melancolie principaliter ſecundario flegma iſto modo. Recipe cuſcute: ſcolopendrie añ. m. i. polipodii: radicis eſule: foliorum ſene añ. ℥. florum uiolarum boraginis añ. m. ſ. omnia buliantur in uino & aqua añ. lb. i. aceti pagꝗ ad ꝯſumatiõeꝫ tertie ꝑtis colatũ dulcoret cũ ꝫucaro & fiat potꝰ ſumẽdus ut ſupra poſtea ſumant pillule ſequẽtes. R. maſſe pil. de lapide lazuli. maſſe pil. ſtomati. añ. ʒ. ſ turbit. ℈. ſ. ʒinciberis gra. iii. miſce cum ſirupo de ſcolopẽ

dria & fiant pillule.ix.uel ſumatur dyaſene.℥.ſ.cum pre-
dicta decoctione loco pillularum.poſtremo ſumatur dya
calamentum uel dyacapeſ pro confortatiuis. Valet etiam
predictus ſirupus aperiendo contra opilationez ſplenis e-
patis & renuz. Ad idem ualet decoctio cuſcute cuz ſcolo-
pendria & ſeminib⁹ diureticis.ſ. ſemine feniculi petroſilini
in uino. Idem potus prouocat urinam & confert ycterice
que fit ab opilatione ſplenis ac epatis & iuuamentum pre-
ſtat proprie febribus infantium cum zucaro dulcorata iã
dicta decoctio. Item decoctio cuſcute eſt bona ſtomacho
& maxime quando miſetur cum ea aniſum:apium & galã-
ge. Serapio Confortat etiam ſtomachum & aufert quod i
eo eſt fixum de ſuperfluitatibus decoctio iaz dicta. Et quã
do bibitur cum aceto ſedat ſingultuz & aperit opilationes
cum uino potata. Et aqua decoctiõis eius eſt mirabilis ad
yctericiam. Et decoctio eius & aniſi & ſcabioſe confert do-
lori pungitiuo uentris: quia mundificat ſordes inteſtinorũ
& matricis & renum. Auicenna. Item eius complexio eſt
ſecundum complexionem herbe cui adheret:quoniam fit
calida per adherentiam calide herbe ſeu arboris. & fit fri
gida per adherentiam frigide. Pandecta.

CIPERVS

¶ Ciperus est ca. & sic. in secundo. Et est herba triangularis. Et radix eius confert usui medicine: habet uirtutez diureticam: ideo ualet contra stranguriam: dissuriam & contra lapidem: tali modo fit usus. Recipe radicis ciperi bene triti radicis petrosilini aã. ℥. vi. seminum apii: fenculi saxifrage aã. ℥. i. omnia confusa buliantur in uino ad cõsumationem tertie partis colatuz cuz zucaro dulcoretur & fiat potus. Ad idem ualet cathaplasmatio cuz cipero bulito & conquassato in oleo & applicata pectini procerto prouocat urinã humores dissoluendo. Et decoctio radicis ciperi

in uino cum saxifraga & cum siringa in uirgam iniecta: al-
pidem frangit procerto confert. Item ualet contra dolores
stomachi & intestinorum ex frigiditate & uentositate pre
dicta potio uel ad idem ualet uinus decoctionis ciperi cũ
cinamomo: habet enim confortare uirtutem digestiuam.
Item decoctio ciperi triti in oleo fere usq; ad consumatio-
nem postea super carbones ponatur & patiens recipiat fu-
mum per os & per nares: optimum remedium est in litar-
gia. i. obliuione seu apostemate flegmatico. Puluis radicis
eius positus uulneribus putridis putredinem tollit. Platea
rius. Item usus eius facit bonum colorem & bonum odo
rem oris. Item ciperus tritus & mixtus cuũ succo paralisis
& parum olei castorei ualet ad dolorem iuncturarum ea
tepide ungendo & neruos debilitatos. Item frequens usus
ciperi inducit lepram quia adurit sanguines. Auicenna. Itẽ
decoctio ciperi confert putredini narium & oris & molli-
ficationi gingiue. Et uinum decoctionis eius confert distil
lationi urine & debilitati uesice ualde & frigori eius uehe-
menter & similiter operatur in renibus. Similiter confert
frigori matricis & emoroidibus auxilium prestat empla-
strando cum decoctione eius. Et decoctio eius superius di
cta ualet febribus inueteratis ex flegmate. Serapio. Pande
cta. Platearius.

CELIDONIA

¶Celidonia calida eſt & ſicca in quarto gradu. Et ſunt due ſpeties ſcilicet maior & minor. tamen una pro alia poteſt poni. Et cum in receptis reperitur radix non herba debet poni. Radix eſt maioris efficatie. Virtutem habet diſſoluẽdi: conſumendi & attrahendi. Confert dolori dentiũ ex frigida cauſa: radix aliquantulum trita & circa dentes tenea tur. Confert etiam ad caput purgandum a frigidis humoribus. & uuluam repletas flegmate exiccare habet. Radix celidõie trita coquat & patiẽs fumũ p os recipiat: poſtea fiat gargariſma ex celidõia i uino cocta & colato addat pa

rum ʒinciberis & piretri & paruʒ aceti & mellis & ualebit Item celidonia trita & in uino cocta & spongia infusa in tali decoctione intestinis applicata ualet in collica passione. Confert etiam ad menstrua prouocanda & ad matricē mūdificandam fiat fomentum crebre ipsi matrici ex aqua decoctionis ipsius. Item aqua decoctionis ipsius cum melle mixta ualet ad cancrum oris addendo puluerem rosarum siccarum in uiodum pulmenti. Item puluis radicis celidonie mixtus ualet ad fistulas ori eius imittendo. Platearius Et succus celidonie uel aqua eius in qua sit dissoluta thucia utilis est ad uisum confortandū in quo cernitur aliqd grossum ꝗm pupillam. Quidam recipiunt uinum decoctionis eius radicis contra yctericiam. Dyascorides capitulo de celidonia dicit. Succus celidonie maioris melle coctus super carbones oculorum maculas detergit. Itez succus celidonie cum parum sulphure quo ungatur cutis eiꝰ scabiem detrahit & ungues leprosos excludit. Succus eius mellis mixtus naribus ifusus caput purgat. Pandecta. Idē dicit Serapio auctoritate Dyascoridis.

CATAPVCIA

¶ Catapucia calida eſt in tertio & humida in ſecundo gradu. Quando autem in receptis reperitur fructus non herba debet poni remoto exteriori cortice. Et catapucia uiridis uirtutem habet principaliter purgandi flegma ſecundario melancoliam & coleram. Habet etiam uirtutes purgandi humores per ſuperiora ex unctuoſitate & lenitate q̃ habꝫ. unde quandoq; ſatis confert ſanis pro reſeruatione ſanitatis. Et datur etiam egris ad exitudinem remouendam contra febrem quottidianam de flegmate ſalſo ex quo generatur ſcabies. Iſto modo fiat potus. Recipe catapucie:

ſcabioſe:ſumoterre aã.m.i.radic.eſule minoris: polipo lii aã.℥.ſ.cuſcute:folioruꝫ ſene aã.ʒ.ii.omnium iſtorum fiat bulitio in aqua in eius colatura addatur parum mellis deſpumati & fiat ſirupus digeſtiuis & laxatiuis . Ad idem claretum capiendo catapuciam tritam cum ſpeciebus ſcꝫ cinamomo:galanga ℞.cum uino parum decoquatur cuꝫ melle miſcendo & per ſacculum diſtillando ut moris eſt multum ualebit delicatis patientibus febrem quottidianã. Idem etiam modus prodeſt podagricis. Item in iure carni u n recentium uel aliorum ciborum tale claretum poteſt miſceri. Confert etiam uinum decoctionis catapucie ĩ ylia ca paſſione. Idem preſidium preſtat contra paraliſim & ar teticam cum radice eſule & herba nomine premula ueris decoquendo cum parum mellis deſpumati miſcendo. Iteꝫ puluis catapucie cum parum cinamomo in ouo ſorbili ſũ ptus uel in prodiis ſumendo ſine moleſtia purgat humo/ res flegmaticos. Et uirtus foliorum catapucie eſt debilior granis. Et grana.xv.excorticata & mixta cum parum aloe patici & parum maſtice in modum pillularũ purgant fleg ma & coleram & humiditates aquoſas & prouocat nauſeã & uomitum. Et confert etiam potus decoctionis eius con/ tra ſcabiem & in lepra auxilium preſtat & lumbricos laxã do expellit. Serapio. Pandecta.

CVCVMER

¶ Cucumer est frigidus & siccus in secundo. Semen in receptis assumitur. Et semen citrulli & cucurbite & melonũ & cucumeris sunt fere eiusdem uirtutis. Ista semina sedant caliditatez & coleram. & prestant cucumeres & citrulli ꝛc malus chimum & prepant ad humorum putrefactionem & ad febres. Et semẽ cucumeris melius est semine citrulli Citrullus longioris ẽ digestionis cui⁹ usus generat febres cronicas: cui⁹ nocumentũ expellit anisus a uehemẽtia iflationis stomachi. Itez habentes sincopim calidaz odorantes ipsum reuiuiscunt. Item succus cucumeris uel citrulli ꝛc:

ſedat ſitim. Et quando bibitur de radice eorum cum ydro melle facit uomere humorem ſubtilem eo magis quando huic cõminiſcetur decoctio catapucie. Et ſuccus eorum confert doloribus teſticulorum & ueſice. Et ſemina predicta ſunt diuretica ideo precipue medicine competunt. Et ualent etiam ſemina contra opilationem ſplenis & epatis renum & ueſice & contra apoſtemata pectoris a corticibus exterioribus mundata unde conterantur in aqua & ordei coquantur & colatum cum parum ʒucari miſceatur & cõfert predictis diſcraſiis. In acutis etiam febribus precipue tertianis continuis uel interpellatis confert decoctio quattuor ſeminum predictorum in modum ſirupi tali modo diſpenſando. Recipe decoctionis quattuor ſeminum frigidorum & ſucci endiuie añ. lb. ii. florum uiolarum uuarũ paſſularum añ. ℥. ſ. ſeminum lactuce ordei: portulace: iuiube: ſebeſten añ. ʒ. ii. prunorum damaſceni. numero. vii. buliantur omnia cum predictis ſuccis & parum aceti ad conſumationem tertie partis colatum dulcoretur cum ʒucaro albo & fiat ſirupus ſumendus ut ſupra in aliis capitulis inſinuatum eſt. Poſtea ſumatur electuarium de ſucco roſʒ. ℥. ſ. cum parum caſſiʒ ſiſtulis miſcendo pro laxatiuo Poſtremo ſumatur triaſandali uel dyaradõ. abbat pro cõfortatiuis. Idem ſirupus ualet acute febricitantibus epaticis & ethicis & equaliter per urinam purgat & laxat. Pandecta. Serapio. Platearius.

CALAMVS SILVESTRIS

¶Calamus ſilueſtris aromaticus eſt calide & ſicce cõplexionis. & habet uirtutem ſubtiliandi & fortificandi ſua aromaticitate. Et prouocat urinam & menſtrua bona prouocatione notanter uinum decoctionis eius cum aſarabacca & abrotano cuꝫ parum melle deſpumati dulcorando de quo ſumatur in potu mane & ſero pro qualibꝫ uice in quãtitate medii ciphi. & tales herbe relicte poſt decoctionem caude applicetur circa femoralia matricem aptat pro prouocatione menſtrui. Similiter ualet uinum decoctionis calami ſilueſtris cum gramine & ſemine apii & ebuli contra

ydropisim ex causa frigida addendo colato parum zucari. Idem etiam confert distilationi urine scz strangurie & egritudinibus renum. Et quando pessariū fit ex herbis relictis post decoctionem iam dictam prouocat menstruum & cōfert dolori matricis. Ad idem ualet balneum in quo sint p̄dicte herbe bulite qd balneum aufert matrici dolorem. Serapio. Itez emplastruz factum ex dicto calamo cuz salnamundi & radice diptami mutuo cum oleo conquassato confert & auxilium magnuz prestat in fractura crurium uel in eorum contusione: ideo in lingua uulgari sumit sibi proprium nomen ascriptum sue uirtuti nomine beyniuel de: cum eius uirtus in restauratione crurium dissolutionē continue patientium uel contussionem patet per experiētiam. Et radix calami siluestris est multuz aromatica & similis calamo aromatico. Valet contra dolorez stomachi & intestinorū ex frigiditate & uentositate. Vinuz decoctionis eius cuz cinamomo & galanga digestionez confortat. uel detur puluis eius cuz galanga & cinamomo & parum zucari in moduz tragee.

CANAPVS

¶ Canapus est calidus & siccus in secundo gradu. Semen canapi est maioris efficatie q̃ herba qd' exiccat exicatione forti. Et habet uirtutem resoluendi inflationes & uentosita tes: ideo ualet ipsum administrare in ydropisi ex causa frigi da. Et quando nimiũ comedit expressio sui succi desiccat sperma. & quidam exprimunt succum eius qui distillatur in aurem & sedat dolores eius potenter. Serapio. Et radix qñ coquitur cũ radice malue & solatri in modũ emplastri ualet apostẽatib' calidis. Et cortex ẽ ydoneus ad faciendũ funes. Et de proprietate eius est ꝙ desiccat humiditates

que fiunt in auribus quando distilatur in eis ex oleo eius.
Et quãdo allquis utitur succo expresso a semine facit sodã
¶ Lilium est calidum & humidum in primo. Et est domesticum cuꝫ albis floribus. ualet ad apostemata frigida maturanda cum axungia & oleo tritum & coctum & superponatur. Item radix lilii cum radice brance ursine & radice altee mutuo cocte cum uino & coletur & colature addatur cera & oleum aãã. ℞ sufficit & fiat unguentum contra uicium splenis & duriciem eius. Et radix lilii domestici cum aceto mutuo conquassata ualet contra maluꝫ mortuum siue scabiem malam ipsam ungendo. & uirtus radicis est que desiccat desiccatiõe tpata & abstergit absterstiõe

temperata.& radix mundificat & maturat. Item radix lilii & radix altee mutuo bulita in aqua in modum pultis cum butiro mixta in modum emplastri ualet potissime i passionibus pectoris tale emplastrum pectori tepide applicandum erit in asmate uel in tussi sicca pro mollificatione materie flegmatice in pectore uel pulmone peccantis ut eo facilius poterit per uiam screatus eam euacuare. Item radix lilii cum aceto cocta seu assata maxime ualet in conbustione ignis uel aque calide. Item oleum lilii ualet ad remouendum tinitum aurium & ad sedandum dolorem auris unde ponatur parua quantitas talis olei tepefacti in aurem & p dest. Item radix lilii domestici est bona ad incarnandum omnia ulcera & mollificat duricies matricis & prouocat menstrua.& oleum lilii resoluit sine mordicatione & mollificat.ideo confert duriciei matricis ipsam matricem ungẽdo cum unguento superius dicto de asmate uel de tussi sicca uel cum radice lilii assata cũ oleo lini & butiri fiant pessaria suo modo applicanda & ualebit multum. Pandecta Serapio.Platearius.

LVPPVLVS

¶ Luppulus eſt calidum & ſiccum in primo gradu: ad frigiditatem declinans. Eſt autem ſedatiuus doloruz calidorum & extiguitiuus inflãmationuz & lenitiu⁹. Indiget rectificatiõe quia aperit orificia uenarũ propter quod miſcẽdum eſt ei aliquid ex draganto aut maſtice & recti⁹ quod uigorat eius opationem eſt aqua caſei cum ſpica & maſticie. Pandecta capitulo de uolubili. Luppulus educit ſolutione coleram citrinam & mũdificat ſanguinẽ ab ea & clarificat ipſum & ſedat inflationem eius. Et offert ei iuuamẽtum magnuz infuſio luppuli in aqua caſei. Et ſirupus lup-

puli remouet yctericiam & confert in ydropisi a causa calida. Isto modo fiat sirupus. Recipe succi luppuli & endiuie & scolopendrie añ. lb. i. florum uiolarum & boraginis uuarum passularum añ. m. i. seminum anisi: ordei: quattuor seminum frigidorum maiorum añ. ℥. s. aceti: uini albi. ℥. i. omnium fiat decoctio ad consumationem medietatis. colatum dulcoretur cum ʒucaro albo & fiat potus quo utatur mane & sero ut decʒ postea sumantur pillule tales. Recipe masse pillularum de reubarbaro. ℈. ii. masse pillularum de fumoterre. ℈. i. dyagredi gra. iii. misce cum sirupo de fumeterre & fiant pillule. ix. Et sumantur triasandali uel dyaradon abbat pro confortatiuis. Itē succus luppuli cum sorbello ordei ualet in dolore capitis a causa calida & confert etiam calefactioni stomachi & epatis. Et sirupus iam dictus prodest febribus colericis & sanguineis & solutione educit coleram adustam cum facilitate & aperit opilationes epatis & splenis & miseraicarum. Item succus luppuli cum aqua casei uel endiuie multum ualet in yctericia & confert apostemati epatis calidi. Pandecta ca. de uolubilo.

LAPPACIVM ACVTVM

¶ Lappacium acutum est calidum & siccum in tertio sed3 Platearium. Et sunt due species sc3 acutum & rotundum & dicitur acutum quia acuta habet folia. rotundum rotunda habet folia. Cum simpliciter ponitur rotundum intelligitur. Lappacium acutum ualet contra scabiem impetiginem seu serpiginem in modum unguenti. Recipe succi lapacii cuti lb. s. olei nucum quar. i. & ℥. s. picis buliantur simul & coletur & colature addatur pulueris sulphuris & tartari añ. ℥. s. & misce fiat unguentum. Item ad apostema maturanda recipiatur lappacium acutu3 & in oleo coctū

& cum axungia porci mixtum. Valet etiam contra duriciē splenis succus lappacii acuti cum storace liquida & armoniaco & aceto conficiatur & dimittatur sic tribus diebus. postea fiat decoctio & coletur & colature addatur cera & oleum quantum sufficit & fiat unguentum. Item uinum & aqua decoctionis eius & radicum brusci & spargi soluit opilationem splenis & epatis. Contra scrofulas & nodositates in corpore uel alias excrescentias cutis. ualet emplastrum ex radice lappacii acuti & axungia simul tritis. Semen lappacii acuti habet quid stipticum manifeste. ideo succus lappacii acuti & plantaginis confert in dissinteria & dyarea. Pandecta ca. de lappacio acuto. Item contra stranguriam & dissuriam fiat decoctio lappacii acuti & radicis yreos i uino & bibatur. Et ad idem ualet decoctio lappacii acuti & radicis yreos & petrosilini in uino & oleo pectini suppo natur. Idem prouocat urinam in multa quantitate. Contra ydropisim nomine leuco fleumancia fiat potus ex succo lappacii acuti lb. i. & uini lb. s. fiat decoctio cum. ℥. i. esule & radicis yreos. ℥. s. cum melle despumato detur pacienti colatura. Platearius.

LACTVCA

¶ Lactuca eſt duplex ſcz domeſtica & ſilueſtris. Virtus lactuce domeſtice eſt frigide & humide complexionis temperate. Decoctio lactuce in aqua & parum aceti confert a poſtematibus calidis & erilipile ſuper ea emplaſtrando. Et lactuca ſumpta in uia cibi abſcindit ſitim & abſcindit etiam diſtillatione humiditatis ſpermatice & confert pollutioni que fit in ſomno. Ad idez ualet ſemen eius in potu ſũptum. Ex rebus enim que ſunt contrarie ſpmati eſt ſemen lactuce qñ bibit cũ aq̃. Et lactuca ẽ melioris nutriméti & melioris hũoris oib⁹ olerib⁹ aliis qa ipſa generat ſanguinẽ

quencunq; multum non malum imo bonum in fine bonita tis. Serapio ca. de lactuca. Et non reperio aliquam herba3 cum possim curare adeo uigilas sicut cum illa herba. humor enim qui generatur ex ea est frigidus & humidus. Et non accidit ex ea nocumentum sicut accidit ex aliis olerib' & non restringit uentrem nec laxat eum quia non habet sti pticitatem nec ponticitatem nec salsedinem nec acuitatem. Et uniuersaliter non est in ea uirtus abstersiua uel uentris laxatiua. Item lactuca emplastrata cum suo succo aposte mati calido manifestabitur eius infrigidatio. Item lactuca domestica est bona stomacho & infrigidat uentrem & facit dormire & mulieribus prouocat lac. Et quando ipsa de coquitur in cibis precipue cu3 carnibus recentibus est bo ni nutrimenti notanter in corpore preternaturaliter calefa cto ideo ualet colericis. & in febre acuta lactuca multum ualebit cum parum aceti aministrando in cibis cocta uel cruda comesta. Et aqua decoctionis lactuce cum parum zucari ualet contra opilationem splenis & epatis & somnū inducit. Et semen eius cum lacte mulieris & albumine oui super frontem ungendo inducit somnum. Serapio.

LEVISTICVS

¶ Leuisticus calidus est & siccus in secundo gradu. Semē & radix non herba in medicinis debet poni cum inuenitur in receptis. Virtutem habe. diureticam aperiendi: extenuā di. Vnde uinum decoctionis leuistici confert contra opila tionem splenis & epatis a causa frigida uel aqua decoctio nis leuistici ualet ad idez a causa calida. Sz melius isto mo do dispensabitur potus ad idem conueniens. Recipe succi scolopendria lb. i. succi absinthei quar. i. florum luppulo rum: boraginis: seminum leuistici: feniculi: petrosilini aā. m. i. uuarum passularum. radicū brusci. spargi: reupontici

añ.ʒ.ß.liquiricie.ʒ.ii.omnium grosso modo contritorum fiat bolitio in aqua lb.ii.cum parum aceti ad consumationem medietatis colature addatur ʒucari albi ꝗ sufficit ꝓ dulcoratione & fiat potus mane & sero sumendo tepide eo modo ut supra in aliis capitulis insinuatum est. Quo potu consumpto sequentes pillule sumantur. Recipe masse pillularum de miserion masse pillularum de lapide lazuli añ.ʒ.ß.turbit.ℸ.ß.ʒinciberis gra.iii.misce cuʒ sirupo de scolopendria & fiant pillule.ix. Et pro confortatiuis sumatur dyairis solomõis uel dyacoros uel dyacapperis. Et idẽ potest conferri in febri quartana uicio opilationis splenis proueniente. Itez uinum decoctionis leuistici & radicis galange & cinamomi ualet contra dolorem stomachi: splenis & intestinoruʒ ex uentositate factum. Item puluis seminis leuistici & cinamomi & reupontici & galange cum ʒucaro albo miscendo in modum tragee de qua tragea detur ĩ cibis & ualebit ad idem iam dictum dolorem stomachi & intestinorum & splenis. Platearius.

LAVENDVLA

¶ Lauendula est calide & sicce complexionis que sua aromaticitate confortat neruos. & sua calefactione consumit materiam paralisis. Isto modo dispensando sirupuz. R. florum lauendule: maiorane: sticados arabici añ. m. s. floruz rorismarini. seminis coriandri preperati cubebarum: seminis rute: castorei añ. z. ii. omniũ ipsoꝝ cõtusoꝝ fiat decoctõ in uino & aqua saluie añ. lb. i. ad consumationez tertie partis coletur & colature addat zucari albi qd sufficit & fiat potus sumẽdus mane & sero tepide pro q̃libet uice i q̃tita te medii ciphi. quo potu psumpto sequentes pillule sumãt

Recipe masse pillularum cochiarum:masse pillularuʒ de hermodattulo añ.ʒ.ʃ.turbit.℈.ʃ. ʒinciberis gra.iii. misce cum sirupo de sticados & fiant pillule.vii.Pro confortatiuis sumantur electuarium pliris arcotiden uel dyanthos uel dyacastorium ꝛc.Fiat etiam caputpurgium uel sternuratorium contra predictam discrasiaʒ neruorum uel paralisis. Recipe pulueris florum uel folioruʒ la uendule florum rorismarini seminis baseliconis & nigelle añ.ʒ.i.pirethri:ʒinciberis añ.ʒ.ʃ.decoquantur in aqua saluie & eius colatura attrahatur per nares & purgabitur inde cerebruʒ. Vel misceantur predicta puluerizata & naribus attrahat̃ talis puluis erit sternutatoriũ pro purggatione capitis uel cerebri a quo omnes nerui habent originem tanq̃ riuoli ex fonte.Et nucha siue posterior pars colli ungatur cuʒ oleo castorei cui puluis eruce & parum croci & cinamomi misceantur uel cum oleo lini uel oleo uulpino & confert.

LAVREOLA

¶ Laureola calida & ſicca in quarto . frutex eſt cuius ſemē uſui medicine competit. & appellatur coconidium. Et cuꝫ reperitur in receptis laureola uel miſerion fructus eius id eſt coconidium intelligitur. Virtuteꝫ habet purgandi flegma & coleram. unde & ſanis & egris non multum febricitā tibus poteſt dari. Et quia nocet epati ideo eius acuitas frā gitur cum aceto in quo humectetur & exiccetur . Et eius malitiam etiam corrigitur cum ſucco abſinthei uel muſci lagine pſilii uel ſucco portulace. & ſunt due ſpecies melius miſerion eſt in quo ſunt plurima folia & ſimilia foliis oliue

& ſubtiliora. Et eſt acutuz mundificatiuum & excoriatiuũ Valet ergo ſuccus laureole cum parum aceti cum litargi ro & ceruſa mixtus ad morpheam & alboras & ad lentigi nes liniendo eas. Et quando miſcetur ei ſulphur & admini ſtratur ualet ad ulcera ſordida & ad malam ſpeciez ſcabiei cum melle miſcendo. Item aqua decoctionis laureole cũ parum aceti ualet in dolore dentium. Item ſoluẽdo educit aquam citrinam & flegma & melancoliam. Infuſio foliorũ eius uel ſemina in aqua abſinthei uel fumiterre cum zuca ro dulcorando ualet in ydropiſi de frigida cauſa. Idem ua let in difficultate urine uehementer. Caueas ne des in ſub ſtantia quia multum moleſtat corpus humanũ. Et pillule de miſerion fiunt inde quibus miſceantur aliqua grana co coniidii quo ad eius pulpam cum parũ maſticis & ſoluũt mirabiliter aquaz citrinam in ydropiſi. Ad reprimendum eius acumen quia naturam mouet ſurſum per uomitum & deorſum per uiam inteſtinoz lubricando. Puluis ergo co riandri & ſeminis plantaginis diu buliantur in oleo & ex ta li oleo ungatur pecten & inteſtina & renes propter ſtran guireã & diſſuriã. Et oleũ decoctionis eius ualet ad aures contra ſorditatez. Platearius. Serapio eodez capitulo.

MELLISSA

¶ Mellissa calida & sicca est in secūdo gradu. uiridis & sicca magne est efficatie exiccata prius ad solem postea i umbra ad annum seruatur. Virtutem habet confortandi: consumendi: dissoluendi & extergendi similem habet effectuʒ maiorane. Item decoctio mellisse & arthemisie & matricarie in uino cum parum ʒucari albi. colatum dulcoretur & multum ualebit prouocando menstrua. & mundificando matricem ad conceptioneʒ adiuuat. Ad idē ualet ad fomentandum matricē cū uino decoctiōis mellisse & matricarie & arthemisie. Ad idē similiter uʒ pessariū ex p̄dictis herbis

contusis factum cum succo ceparum inunctum. Et ui uuz decoctionis mellisse & corticis citri & parū cinamomi ualet contra sincopim quia multum confortat cor. Auicenna de uirtutibus cordis. dum fuerit sincopis a causa frigida. Item mellissa in uino decocta cum altea & oleo cathaplasmata super dura apostemata maturat ea. Et idem ualet cōtra duriciem splenis & epatis quia eam relaxat & resoluit. Idem confert puncture scorpionis uel morsui canis membrum lesum emplastrando. Itez mellissa ore masticata cū parum piretri confert dolori dentium. Et aqua decoctiōis mellisse & seminis plantaginis confert diffintericis si cum aqua pluuiali decoquantur ualebit eo melius. Itez uinū decoctionis mellisse & radicis yreos & liquiricie cuz parum zucari opitulatur asmaticis & anhelosis. Et quando fit emplastruz cuz mellissa & premula ueris & ebuli & altee cū oleo castorii & camomillarum sedat dolorem iuncturarū scz podagre: cirogre ꝛc. Proprietas mellisse in cibis comeste est letificare cor & facit digeri cibum grossum aperit opilationes cerebri & remouet accidentia solicitudinis & timoris que accidunt a melancolia & humore adusto. Pādecta eodem capitulo.

MILLEFOLIVM

¶Millefolium est herba habens folia similia foliis feniculi & plurimisq; foliis fulcitum est unde sumpsit nomen. & est frigide & sicce complexionis. Vulnera conglutinat eius succus & sine tumore pseruat. Succus millefoliis cum decoctione piretri in aceto mixtus confert dolori dentium a cā calida. Dyascorides auctoritate Pandecte capitulo eodem. Valet etiam succus eius contra urine difficultatem. Et idē ualet contra calculum cum aceto miscendo. Pandecta. Galienus. vii. simplicium capitulo de millefolio dicit q; millefolium est siccatiue uirtutis intantū ut consolidet uulne

Ad ignem ſacrum ſummum remedium eſt. Succus mille folii cum ſucco ſemperuiue cum aceto mixtus preſidium preſtat magnum. Et milleſolium ſ̃m Plinium caulis eſt te ner ſimilis feniculo plurimiſq; foliis unde & nomen acce pit. naſcitur in paliſtribus locis. Eius emplaſtrum factum cum milleſolio & edera terreſtri contuſis cum parum ace ti & cum piretro contrito miſcendo & ſuper maxillam ap plicando multum confert. Et ſi de eadem mixtura aliquid apponatur denti dolenti ualebit eo efficatius. Et fiat empla ſtrum cum milleſolio & plantagine & urtica cum aceto & ſale miſcendo applicando pulſui manuum & pedum ante poxiſimum per horam aufert febrem pioticam. Confert etiam aqua decoctionis milleſolii & plãtaginis & burſe pa ſtoris & roſarum contra fluxum ſanguinis uel contra flu xum quecunq; uentris. Vel iplaſtretur ſuper inteſtina mil leſolium contuſum cum plantagine & burſapaſtoris cum albumine ouorum miſcendo & ſuper inteſtina emplaſtran do hoc multum ualebit contra fluxum inteſtinorum.

MALVA

¶ Malua frigida eſt in primo: humida in ſecundo gradu. Cuius duplex eſt maneries ſcilicet domeſtica que in ortis & ſerre in omnib' locis reperitur. Et eſt ſilueſtris que mal uauiſcus & biſmalua dicitur & creſcit altius & latiora habet folia & habet uiſcoſam humiditatem que eſt minus frigida. Malua cocta cum uermiculari & aceto in principio applicata apoſtemati calido confert. Ad maturandu3 apoſtemata folia malue cum radice altee & farina fenugreci buliantur cum axungia porci recenti miſcendo & ipſa apoſtemata indurata emplaſtrando & eius duriciem tollet.

Idem confert ad duriciem ſplenis & epatis. Item fomentuz factum quantum ad pedes cum decoctione malue & florꝫ camomillarum & abſinthei ualet ad ſomnuz prouocandū in febribus acutis. Item malua cum mercuriali cocta cum carnibus aut oleribus & comeſta ſoluit uentrez in febribꝰ propter uentris conſtipationem. Item ad menſtrua prouocanda recipiatur radix malue in modum digiti & aliquantulum radatur exterius & inungatur cum melle & poſtea aſpergatur puluere ſcámonee & ſupponatur & certum eſt remedium. Item maluauiſcus ſiue altea plus ualet in preſēti caſu q̄ malua quia magis molliſicat & maturat quā ſolia uel radix malue. Etiam ſola radix altee cum axungia porci trita poſita ſupra apoſtema maturat eius duriciē & molliſicat & relaxat. Vel fiat unguentum iſto modo. Recipe ſuccum malueuiſci & pulueris farine fenugreci & farine ſeminis lini cum parum butiri & olei & cere fiat ex illis unguentum quo ungantur apoſtemata indurata. Idez unguētum multum prodeſt induricie ſplenis & contra diſcraſiaz pectoris & contra tuſſim ex cauſa frigida. Et ualet contra aſperitatem pectoris & pulmonis. Serapio.

MENTA

¶Menta calida & ſicca eſt in ſecundo gradu cuius plures ſunt ſpeties. Eſt enim domeſtica & ortulana dicitur & hec mediocriter calefacit & confortat. Et eſt alia ſilueſtris que mentaſtrum dicitur & hec maiorem habet uirtutem calefaciendi. Menta domeſtica magis competit uſui medicine & uiridis. & exiccata eſt magne efficatie. Debet autem exiccari in umbroſo loco per annum ſeruatur menta in uirtute magna. Virtutem habet diſſoluendi & conſumendi & confortandi ex aromaticitate. Item ad appetitum prouocandũ uicio materie frigide & humide peccantis in ore ſtomachi

fiat salsamentum ex menta & cinamomo & galanga & pap
piperis cum aceto miscendo. Item succus mente ortulane
cum aceto mixtus ualet contra fetorem oris: gingiuarum
& dentium os inde abluendo. Postea fricentur dentes cum
menta sicca & eo medius ualebit. Item decoctio mente cũ
aceto & albumine oui prodest contra uomitum applicata
ori stomachi: proueniente3 ex debilitate uirtutis retentiue
ex frigida causa. Item uinum decoctionis mente ualet con
tra sincopim si fuerit sine febre. Cu3 febre autem ualet suc
cus mente cum parum aceti cum frusto panis tosti & hu
mectati in succo tali & naribus applicando & inde fricent
labia & lingua & gingiue & dentes & tempora. & ligetur
super pulsatiles: uenas: temporum & brachiorũ. & patiẽs
etiam masticet mentam & humorositatem transgliciat. Ad
matricem mundificandam folia mente & arthemise & abro
tani in uino & oleo buliantur & matricem inde fomentan
do. Item menta & anetum cocta cum uino & oleo & super
ponatur mamillis prodest contra coagulationem lactis.
Item decoctio duorum uel trium manipulorum mente &
scabiose in uino superponatur intestinis confert contra co
licam. Item uinum decoctionis mente & scolopendrie &
absinthei cum parum mellis despumati ualet contra opila
tionem splenis & epatis & urinaliũ uiarum ex humore fri
gido causatam.

MELLILOTVM

¶Mellilotum calidum est & siccũ in primo gradu. In ipo est stipticitas pauca cum resolutione. propter illud digerit Et est liquefactiuum superfluitatum. & reso utiuum subtiliatiuum & confortatiuum & sedatiuuꝫ doloris isto modo Recipiantur flores melliloti & flores keuri. id est flores uiolarum citrinarum & folia altee cum farina seminis lini & farina fenugreci & seminis papauieris cũ butiro fiat emplastrum mitigatiuum doloris super apostemata calida applicãdo Idẽ ualet ad apostẽata idurata qa mollificat & resoluit. Idẽ ualꝫ ad duriciẽ splenis & epatis & ꝓtra aspitatẽ pe

ctoris & pulmonis ipsis membris ab extra applicando. Itē succus melliloti uel oleum melliloti distillati in aures confert apostematibus earum & doloribus. Ex floribus melliloti & absinthei & maiorane fiat decoctio cum qua decoctione embracetur caput & sedabit sodam. Item decoctio florum melliloti & farine fenugreci & furfuris tritici cum aceto & applicata apostemati ani & testiculorum & iuuamentum prestat magnum. Auicenna eodem capitulo. Itē mellilotum habet uirtutem confortandi sua aromaticitate & diureticam ex subtilitate substantie. Vnde uinum decoctionis eius confortat digestionem uentositatem resoluit opilationem renum & uesice aperit. Semen eius in brodiis & cibis cōmixtum confert ad predicta & reddit cibum boni odoris & saporis. Et succus melliloti cum succo celidonie & cum parum pulueris uiridis potissimum est remedium contra cancrum & fistulam & emoroidas. Item suffumigatio camomillarum prouocat menstrua & facit aborsum. Item mellilotum coctum in uino cum menta: absintheo & emplastrum super stomachum sedat dolorem eius. Item flores melliloti & semen aneti in uino cocta & emplastrata confert apostematibus oculorum. Item si manus alicuius liniatur succo melliloti fortiter & sine lesione poterit portare ferrum cadens intra manum. Pandecta.

MATRICARIA

¶Matricaria id est arthemisia quod idem est ut dicit Pandecta capitulo de arthemisia. & dicitur etiam alio nomine mater herbarum. Et est eiusdem complexionis & uirtutis ut arthemisia: existit calida & sicca in tertio gradu. cui⁹ folia competunt usui medicine. Et maioris sunt efficacie uirs dia q̃ exiccata. Item matricaria confert ad conceptionem perficiendam & contra sterilitatem factam ex humiditate. Recipiat̃ puluis matricarie & mellisse & rasure eboris cũ uino potentur non parum conferre habet ad conceptionẽ notanter sumatur post fluxum menstruog. Etiam melissa

& matricaria cum succo satirionis in uino bulita & empla strata super matricem. uel matrix inde fumigata miro mo do confert ad conceptionem post purgationem. Prodest etiam si balnietur mulier in aqua ubi cocta sunt arthemisia mellissa: matricaria. Et pessaria ex hiis herbis facta scz cõquassando has tres herbas iam dictas miscendo cum rasura eboris & imponantur spudendis & confert prouocando menstrua. Contra tenasmonẽ ex frigiditate recipiat patiẽs fumum colisonie posite super carbones deinde calefiat arthemisia super testam addito taxobarbato & hiis herbis calefactis ponantur super lapidem molarem & sedeat patiens desuper & anus intrabit. istud pro experto habetur. Et ualet contra glandulas que nascuntur circa aures & anum: fiat prius circa ea loca scarificatio postea supponatur puluis arthemisie & marubii & prodest.

MAIORANA

¶ Maiorana calida & ſicca in tertio gradu. uirtutem habet confortandi ex aromaticitate diſſoluendi & conſumendi & mundificandi ex qualitatibus ſuis: habet etiam uirtutem calefactiuam ualde. Et quando ſumitur in potu decoctionis eius in uino cuꝫ cathapucia & ebulo confert ydropicis in principio eius & ſtranguirie. Et qñ ſuccus foliorum eiꝰ miſcetur cum melle & fit linitio cum eo aufert liuoreꝫ ſanguinis morſui qui eſt ſub oculo. Et qñ fit naſtale uel peſſariuꝫ cuꝫ decoctione maiorane & abrotani cũ albo contuſo & puocat mẽſtrua. Itẽ puluis maiorãe cũ pauꝫ ziciberis

& parum piretri naribus inflatus purgat caput & confor-
tat. Et uinum decoctionis eius stomachuʒ confortat & di
gestiuam uirtutem. & infrigidatum stomachuʒ calefacit si
militer facit puluis maiorane in cibo sumptus. Et tota her
ba etiaʒ ipsius maiorane ut supra cuʒ origano calefacta su
per testaʒ & in sacculo posita & dolori stomachi uel inte-
stinorum applicata doloreʒ ex uentositatibus aufert. Capi
ti etiam superposita prodest contra frigiduʒ reuma. Item
fomentuʒ factuʒ ex decoctione maiorane & arthemisie in
uino cocta uulue applicando matriceʒ mundificat & sup-
flua consumit. Iteʒ maiorana cuʒ aceto contusa & sale cõ-
fert puncture scorpionis uel alioruʒ animaliuʒ uenenosoꝝ
Item decoctio maiorane cum foliis altee & farina fenugre-
ci & seminis lini in uino in causa frigida uel cuʒ aqua i cau
sa calida miro modo sedat dolorem apostematum flegma-
ticorum uel super tortiones lacetorum uel neruorum ap-
plicata. Item succus eius cum melle linitus super uestigia
facta post uentositationem delet ea ne appareant cicatrices
Item caputpurgium factum cũ puluere eius ut supra ape
rit opilationes cerebri ideo ualet in epilentia & paralisi &
tortura oris & emigranea id est dolor capitis. Serapio.

MARVBIVM

¶Marubium id est prasium calidum & siccum in tertio gradu. Virtutem habet dissoluendi & consumendi ex qualitatibus suis & ex amaritudine diureticus est dissoluit eni & aperit. Eius potus cōfert discrasie pectoris & pulmonis ex flegmate uiscoso. ideo ualet contra asma & contra tussis isto mō. Recipe succi marubii ℔.i. ysopi: mellisse añ. m.ꝯ. ficuum siccarum numero. vii. uuarum passularum. ℥.i. liquiricie. roꝑ. ʒ.ii. draganti. ʒ.i. omnium contusarus fiat bullitio cum ℔.i. uini albi ad consumationem tertie partis: colatum dulcoretur cū sufficienti zucaro & fiat potus tepide

ſumendus mane & ſero proqualibet uice .ʒ.iiii.quo conſū
pto ſequentes pillule ſumantur. Recipe maſſe pillularum
de agarico.℈.ii. maſſe pillularum fetidarum.℈.i. agarici.
℈.ſ.ſalis gemme gra .i. miſce cum ſirupo de liquiricia &
fiant pillule.ix. Altera die ſumatur dyapraſſium uel dya/
dragantum calidum pro confortatiuis. Et ab extra ualet
ungere mineram pectoris cum unguento dyaltee pro ma
iori mollificatione materie peccantis. Item ſola decoctio
praſii & ficuum ſiccarum in uino ualet contra tuſſim ex
frigida cauſa & ſi additur ſuccus liquiricie ualebit eo me/
lius. Item uinum decoctionis praſii & ſeminis feniculi con
fert ſtranguirie & diſſurie & contra colicam paſſionē. Ipſa
herba con foliis lilii & altee in uino & oleo cocta applica/
ta pectini & inteſtinis in modum emplaſtri ualet ad idem
ex frigida cauſa. Contra emorroidas inflatas & non ulcera
tas prodeſt decoctio praſii & aneti cum uino & aqua ſalſa
& fiat eukaciſma id eſt ſeſſio ſuper ipſas herbas. Contra
uermes aurium iniciatur ſuccus eius auribus. Item uinuʒ
decoctionis eius aperit opilationes ſplenis & epatis. & mū
dificat pectus & pulmonem per ſcreanum. & prouocat
menſtrua quando bibitur. Serapio.

MORACELSI

¶ Moracelsi dulcia sunt calida & humida. sed acetosa sunt ad frigiditatem & humiditatem declinantia & illa sunt domestica. Et sunt siluestria nomine morabacci & sunt frigide & sicce complexionis & sunt rubea in primis & cũ sunt nigra colliguntur. Domestica uirtutem habent dissoluẽdi: ꝓsumendi & mũdificandi. Confert contra squinantiã & cõtra casum uuule & brancos & uicia saucium. Et electuarium i tali casu ꝓueniẽs dyamorõ det & fit ide gargarisima R. succi mori dõestici uel dyamorõ. ℥. i. ʒ. aq̃ plãtagis. ℥. iii. aceti mel. rosar̃ añ. ℥. ʒ. misce & fiat garga. V3 ẽt loco

dyamoron decoctio succi mori celsi cum melle despumato & seruatur ad longum tempus. Itē succus etiam de moris dulcibus aliquantulus calefactus & datus potui soluit uentrem si sit constipatus ex frigida causa. Et uinum decoctionis mororum mundificat intestina. succus corticis uel puluis corticis eius cum melle lumbricos necat . Cortex moricelsi uirtutem habet consumendi: dissoluendi & mundificandi . Mora siluestria uirtutem habent constringendi gratia acetositatis. Item decoctio foliorum & corticis mori in uino & parum aceti ualet in dolore dentium os inde abluendo. Item emplastrum ex foliis moricelsi & oleo ualet in conbustione ignis uel aque calide. Item decoctio foliorum mori & uitis & ficuus in aqua pluuiali denigrat capillos. Item succus mori acetosi & foliorum eius confert ad apostemata oris & uulue & est ultimum ad squinantiā & prefocationem. Morum malum est stomacho corrumpitur enim in eo. Et oportet ut comedantur omnes species eius ante cibum. & post cibum sumpta corrumpuntur: & colericis non obsunt. Et morum aliqualiter exiccatum retinet uentrem & opitulatur dissintericis. Auicenna eodem capitulo.

MERCVRIALIS

¶ Mercurialis calide & ſicce complexionis in primo gradu & eſt duplex ſcz maſculus & femina que eſt maior & maſculus minor. & habet rotunda ſemina. Pâdecta auctoritate Auerrois libro colliget capit. de mercuriali. Vtere mercurialis in cibis elixatus & comeſtus uentrem ſoluit. Elixatura eius accepta humores aquoſos purgat ut mercurialis cum bletibus & uuiſpaſſulis buliantur cum iure carnium recentium de illo brodio multum ſumat & ſufficienter lubricat. Fit etiam ex mercuriali cliſtere iſto modo. R. mercurialis bletis matris uiolarꝫ malue añ. m. i. ſo-

liorum sene:polipodii añ.℥.i. decoquantur in aqua lb.i.ʒ ad consumationem terre tertie partis coletur colature misceatur cassiefistule extracte.℥.i.benedicte laxatiue.℥.ʒ.olei uiolarum:olei aneti añ.℥.i.salis gẽme.ʒ.ʒ. misce & fiat euema id est clistere. Dicitur ꝙ folia femine trita & perunꝛ cta uertebro uel succus femine bibitus feminas generare facit. Et de foliis masculi & succo eius simili disciplina factum masculos generare facit. Item mercu.in capone coctus & eius caponis decocti acceptum purgat humores grossos & aquosos & nigram coleram. Item confert febribus temporalibus & tipicis seu interpellatis egritudinib⁹ tremoribus & inflationibus stomachi & asmaticis & arteticis singulare remedium est. Galienus.vii.simplicium.capitulo delinosostida id est mercuriali. Vtimur quidem omnes eo ad uentris subductiones solum. Et uinum decoctionis mercurialis & calamenti sufficiens dyaforetica est. Pã decta eodem capitulo.

MANDRAGORA

¶Mandragora eſt frigida & humida in tertio gradu ſ̃m Auicennam: ſed ſ̃m Pandectam eſt frigida in tertio & eſt i ea cum hoc caliditas pauca. ſed in pomis mandragore eſt humiditas & propter hanc cauſaꝫ inducunt ſubet id ē ſom num profundū. ſed cortex eius rꝑdicis eſt frigidus multū & cum hoc deſiccat. Et qn̄ ex iſta radice exibetur alicui in potu uel in cibo cuꝫ pane incidit ſumens eam in ſubet id ē ſomnum. & ideo utuntur cirogici quādo uolunt membrū ꝛcidere. Et ſi radix in uino decoquatur donec minuit tertia pars & colatur & reponitur & ſi accipitur ex ea q̃titas. ʒ. i

& administratur ad nimias uigilias & ad sedãdos dolores. Et quando fiunt necesse incidere uel cauterisare aliqd' mẽ/ brum uolumus quod non sentiatur detur ei in potu prius ʒ.i.uel.ʒ.i.ß.succi radicis cũ mellicrato facit euomere fleg ma & coleram sicut elleborus: sed si accipiatur nimiuʒ oc cidit. Item quando cortex supponitur ano sicut suppositorium facit dormire. Et quando radix eius elixatur cuʒ ebo re sex horis mollificat ipsum & facit ipsum abilem ad faciẽ dum quamcunq; figuram uolueris. Radix uero eius quan do fortiter teritur & fit emplastrum cuʒ ea & aceto curat rat erisipilam. hoc idem quando miscetur cũ oleo uel mel le confert morsui uenenoso. Et quando miscetur succus ra dicis uel decoctio cum uino & sauit ordei ualet in sedando dolorem iuncturarum & omnes alios dolores. Pandecta.

NASTRVCIVM ORTVLANVM

¶Nastr uciuꝫ domesticuꝫ & agreste. domesticum est calidum & siccum in tertio. & est similis uirtute sinapis. Est resolutiuum maturatiuuꝫ cum lenitate. Retinet callidos cadentes uinũ decoctionis eius & linitio succi eius super crines. Emplastrum etiam ex eo factuꝫ cum succo eius & sẽ peruiua & sale & super carbunculuꝫ applicando uel sup ignem persicum confert. Etiam succus nastrucii cum melle mixtus ualet ad scabiem ulcerosam. Prodest etiaꝫ in doloribus iunctuaruꝫ uinũ decoctionis eius. Et emplastrũ factuꝫ ex eo cuꝫ aceto & sanich de ordeo illud ꝓfert omni

mollificationi neruorum. Vinum etiam decoctionis eius cũ succo yreos uel puluere yreos mundificat pectus & pulmonem ideo ualet in asmate propter illud quod est in eo de incisione & subtiliatione. Et uinum decoctionis eius calefacit stomachum & epar & confert grossiciei splenis. Et emplastrum ex eo & melle factum spleni ualet. Et quando bibitur succus eius cum succo attriplicis & parum aceti facit uomere coleram rubeam & educit eam. Item eius usus augmentum facit in coitu sumendo in salato cum baucia & cum radice yringi. Item succus eius cum succo absinthei educit solutione uermes & prouocat menstrua & eicit fetum. & uinum decoctionis nastrucii soluit uentositates & confert colice passiõi. Et succus eius confert puncture uenenosorum animalium bibitus & more emplastri suppositum cum melle. Et quando ex eo suffumigatur domus effugat ea. Auicenna. Contra stranguiriam herba ipsa decocta in uino & oleo posita super pectinem prodest. Valet etiam tenasmoni puluis nastrucii & cimini & colifonie. Item semen eius masticatum ualet in palisi lingue. Item puluis seminis eius naribus inflatus ualet contra frigiditatem & humiditatem cerebri.

NASTRVCIVM AQ. VATICVM

¶ Nastrucium aquaticum id est senation caliduz in primo & siccum in secundo gradu. Pandecta. sed ꝯm Platearium est caliduz & siccum in tertio. Nastruciū coctuz cum carnibus addendo mellissam mundificat pectus & pulmonez a frigidis humoribus. Itez olera facta ex nastrucio aq̃tico & petrosilino & anecto ualet ꝓtra colicaz & yliacaz passiones. Et fomentuz factuz ex eisdem herbis cum uino coctis super intestina applicando ualet ad easdē passiones. Semen nastrucii aquatici stringit uentrē q fluit ꝓpter caliditatem qn̄ bibitur decoctio eius ī aq̃ pluuiali uel sumit cū succo

citoniorum & ipſum confortat membra. Semen naſtrucii aquatici crudum comeſtum uel mixtum cum ſemine apii petroſilini cum brodo carnium recentium ſumendo ualet contra calculum & urinam prouocat & menſtruis impe/rat. Et diſſintericis prodeſt decoctio ſeminis cum aqua ſal ſa & oleo decoctionis naſtrucii aquatici ualet ad dolorem yliacum. & ualet ad ſtranguriam & diſſuriam naſtrucium cum uino coctum & cum marubio cathaplaſmatum ſup pectinem magnum preſtat preſidium. Et illa herba poteſt crude ſumi in ſalato cum foliis feniculi & petroſilini cum lactuca & boragine cum parum aceti & ſalis & paruꝫ olei oliue fit inde bonum ſalatum conueniens in prouocando urinam calculum eiciendo. & menſtrua prouocat & fetuꝫ expellit etiam quando ſe ſola comeditur. Et ualet ulcerib⁹ inteſtinorum. Serapio eodem capitulo.

NIGELLA

¶Nigella calida eſt & ſicca in tertio. Virtus exiſtit in ſemine. Virtutem habet diureticam ex amaritudine diſſoluendi conſumendi ex qualitatibus ſuis. Item emplaſtrum factuꝫ ex farina ſeminis nigelle cum ſucco abſinthei circa umbilicum applicatum pueris lumbricos necat. Vnguentum factum contra ſcabiem fiat decoctio pulueris nigelle in magna quantitate cum ſulphure in forti aceto ad aliqualé ſpiſſitudinem addito oleo fiat inde unguentum bonum ad ſcabiem & impetiginem. Et ad lentiginem faciei ualet farina ſeminis nigelle & ceruſe cum aceto confecta. Et oleū amig

dalarum amarum decoctionis farina seminis nigelle instil
latus auribus uermes aurium necat. Itez uinum decoctio
nis nigelle & seminis nastrucii & seminis aneti & seminis
petrosilini ꝓfert contra stranguriam & dissuriam & yliacā
passiones. Et nigella in minima quantitate sumpta necat.
Pandecta. Sed in magna quantitate cuz uino & oleo cocta
& in sacculo applicata pectini & renib⁹ ualet ad predicta.
Vrina decoctionis farine nigelle & succi uermicularis cu
rat carbunculum cum aceto coquendo. Et farina seminis
nigelle cum aceto cocta miscendo parum piretri & in ore
retentum mitigat dolorem dentium. Et uinum decocti ōis
nigelle & arthemisie pluribus diebus potatum menstruis
imperat: urinam prouocat. & lac deponit quia desiccat ni
mis. Et pingues & glutinosos humores digerit. Et caput
purgium factum cum puluere eius & puluere radicis yre
os naribus inflando confert ne aqua descendat ad oculos.
& proprietas eius est que aufert febrem flegmaticā & me
lancolicam. & confert morsui serpentum. Pandecta.



NENVFAR

¶ Nenufar frigidũ & humidũ in secundo gradu. Et est duplex quedam defert albũ florem que est melior. & est croceum florem producens quod non est adeo bonũ. Et flos eius usui medicine competit. Et ex floribus fit sirupus cõtra febrem acutam & epatis calorez. flores nenufaris & flores uiolarum & semen endiuie & semen lactuce & portulace & semina quattuor frigida que omnia decoquantur in aqua & parum aceti & colature addatur zucarum sufficiens & fiat sirup' ꝗuenientes ꝑdictis discrasiis. Cõtra dolorez capitis ex calore recipiant flores nenufaris & ifũdãt i

aqua ſimplici per noctem: mane talis aqua bibatur. & flo
res naribus etiam applicentur & ualebit. Idem confert ad
uerſus inſtantiam uigilarum quia ſomnum inducit. Et ei⁹
oleum ſedat dolorem capitis uel aliorum membrorꝝ pro-
uenientem uitio caloris. Et flores eius cocti cum floribus
lilii in aceto ſtomacho emplaſtrando eius dolorem miti-
gat. Et aqua decoctionis florum neufaris bibita ueſice do
lorem mitigat. Et ſuccus florum eius cum ceruſa miſcen-
do maculas corporis detergit. Et addita pice alopiciam e-
mendat. Et tumorem teſticulorum tollunt flores neufaris
& roſarum cocti in aceto cum farina tritici teſtibus appli
cando ſine dubio multum prodeſt. Semen eius etiam aſſi-
due bibitum id facere nouit. Item radix eius & ſemen neu
faris uirtutem habent deſiccatiuam ſine mordicatiõe ideo
reuma uentris reprimit. Semen uero eius in potu datum
ſpermatis fluxũ reprimit ſi plus a ratione fluat. Et eſt mul
tum cordialis. Auicenna de uirtutibus cordis. Vinum de-
coctionis radicis eius & corticis tamariſci ualet apoſtema
tibus ſplenis. Auicenna.

ORIGANVM

¶ Origanum calidum eſt & ſiccum in tertio gradu. cuius duplex eſt ſpecies ſcilicet origanum ſilueſtre quod latiora habet folia & fortius operatur. Aliud eſt domeſticum qd̃ in ortis reperitur & minora habet folia & ſuauius operat̃ & iſtud in medicinis ponendum eſt. Virtutem habet diſſol uendi: conſumendi: attrahendi relaxandi. Item folia origa/ ni cuꝫ floribus & maiorana in ſacculo poſita & ſuper teſtã calefacta ſine liquore capiti applicetur ſacculus cõfert cõ tra frigidum reuma caput cooperiatur ut ipſum ſudet. ui/ num decoctionis illarum herbarum cum olibano mixtuꝫ

& gargariſmatum gingiuarum & faucium conſumit humi
ditates. Et puluis origani cum zincibere & parum ſalis cō
munis uſti poſitus ſuper uuluam inflatam ex humiditate
ditate conſumit eam. Contra frigidum reuma utimur ui
no decoctionis eius & ficuum ſiccarum. & uinū decoctio
nis eius confortat digeſtionem cuz puluere galange miſcē
do: dolorem ſtomachi & inteſtinoruz ex uentoſitate exclu
dit. Et ipſa herba cum naſtrucio ortulano in uino cocta &
ſuppoſita renibus ſtranguriam ſoluit. Idem confert tenaſ
moni ex frigida cauſa cum anus fuerit extra ſuum ſitum
ipſam decoctionem herbarum ano applicando & fiat eu
kaciſma. Item idem orificio uulue applicatum cum oleo
mixtum duriciem matrtcis ſoluit. Et fomentum factum ex
aqua decoctionis eius & arthemiſie matricem mundificat
& menſtrua prouocat. Serapio. Et uirtus ambarum her
barum eſt calida & prouocat urinam. Et quando bibitur
decoctio earum laxat uentrē & facit deſcendere ſuperflui
tates colericas. Et quando ſumitur ī potu cum aceto con
fert ſpleneticis & potui uenenoſo. Serapio eodez capitulo.

PIRETRVM

¶ Piretrum est calidum & siccum in tertio. Auicenna melius est qd' est acutum est & mordificatiuuꝫ lingue. Et radix piretri ponitur in medicinis. Nota ꝙ acutum piretrum primo cum masticatur non percipitur: sed debet aliquantulum masticari & teneri in ore. habet autem uirtutem dissoluendi: attrahendi & consumendi. Gargarismus cum aceto & uino decoctionis radicis piretri & ꝫinciberis & ficuum siccarum cerebrum a superfluitate flegmatica mundificat & humiditatē uue ꝯsumit. Idē facit radix piretri sola masticata. Et iter dētes radix ei' masticata tollit dolorē dētiuꝫ.

Et masticatum paralisim lingue aufert. Et radix piretri cõ tusa cum herba paralisi in uino & oleo cocta emplastrata loco paralitico & artetico & podagrico multum confert. Item radix piretri trita cũ uino & succo herbe paralisis cocta ad spissitudinem cui addatur oleum & cera quod sufficit & fiat unguentum ualens ad predicta optimum. Platearius. Et uirtus radicis piretri est adustiua. Et prouocat sudorem decoctio radicis piretri puluerizati & succi calamenti cum uino & oleo quo ungatur corpus. Fricatio facta ex decoctione radicis piretri in uino & oleo ꝓfert mollificationi neruorum antique & stupori neruorum. & prohibet generationem alcuset. id est spasmi in cruribus aut aliis membris. Et uehementer aperit opilationes calotorii & constrictioni narium. Et eius decoctio i uino cõfert dolori dentium ex frigida causa. Et acetum decoctionis eius confirmat dentes mortos si teneantur i ore. Et quando fricatur cum eo & oleo corpus ante peroxismum rigoris cõfert rigori febris.

PIONIA

¶Pionia calida & ſicca in ſecundo gradu. Cuius radix in medicinis ponitur cum reperitur in receptis eligenda eſt illa que nigra exiſtit & continua non perforata. & i hyeme colligitur & per annum ſeruatur. Virtutem habet occultam contra epilentiam & ſuſpenſam collo preſeruat ab epilentia: teſtante Galieno experto de quodam puero cuius collo talis radix appenſa erat & non patiebatur: radice eni ſubtracta ſtatim puer patiebatur epilentiam. Ad idem ualet puluis pionie datus cuꝫ uino decoctionis pionie uel arthemiſie. Et puluis eius cũ uino decoctionis caſtorei ꝓfert

aduersus paralisim. Contra stranguriam & dissuriam ua/
let uinum decoctionis puluis radicis pionie ad matricem
mundificandam fiat fumigium uel fomentum ex aqua de/
coctionis pulueris radicis pionie & arthemisie. Contra te/
nasmonem decoctio pulueris radicis eius & taxibarbati fi
at sessio super talem decoctionez & confert. Eius decoctio
cum ceruſa in aqua ualet abstergendo uestigia nigra in cu
te. Suffumigatio facta cum semine pionie confert demonia
cis & epilenticis & sanat eos. Et similiter uinum decoctio/
nis florum uel seminum eius cum melle rosꝰ & bibatur cõ
fert ad idem uehementer. Auicenna autem dicit pioniam
romanam talem efficatiam habere contra discrasias predi
ctas. sed illa que penes nos in almania reperitur non habet
magnum effectum. Et si bibantur .xv. grana de semine
pionie in uino aut mellicrato conferunt in cubo ualde.
& semen eius confortat stomachuz & sedat eius dolores &
mordicationez. Et aqua decoctionis eius ualet in ictericia
& apperit opllationes epatis & prouocat menstrua & uri/
nam. Auicenna eodem capitulo.

PETROSILINVM

¶ Petrosilinum est calidum & siccus in secundo. cuius duplex est maneries scz domesticum & agreste. quorum semia precipue competunt in medicinis. Et cum i receptis petrosilinum reperitur semen intelligitur ipsius domestici. semina per annum seruantur. uirtuté habet diureticam. Ex feniculo & petrosilino & nastrucio aquatico & boragine & lactuca potest fieri competens salatum cum aceto & parum olei oliue & parum salis. Fit etiam inde salsamentum cōtra calidas discrasias corporis humani. Herba ipsa in cibis posita digestionem confortat & uentositates excludit.

Item ſuccus petroſilini clarificatus mixtus cũ puluere thu
cie preparate in aqua roſ fit inde colirium pro oculis. Itẽ
ſemen petroſilini cum ſemine feniculi & apii in cibis come
ſta confert calculoſis. Vel iſta ſemina puluerizata mixta
cum ſaxifraga cum ʒucaro albo miſcendo in modum tra/
gee & ualet ad idem. Item radices petroſilini ſunt dure di/
geſtionis ergo potius confert eius brodium. Item petroſi/
linum damus in opilatione ſplenis & epatis cum ſcolopen
drie & leuiſtico in cibis ſumendo. Similiter ualet uinum
decoctionis illarum herbarum contra eandem diſcraſiam
Decoctio illarum herbarum confert in colica & ſtrangui
ria quia digerit & reſoluit. Decoctio etiam ſeminis petro/
ſilini & feniculi & ſcolopendrie in aqua abſinthei cuius co
latura cum ʒucaro mixta confert ycterici e uitio opilatiõis
precipue ſplenis. Item uirtus etiaʒ totius herbe eſt prouo
catiua urine & menſtrui. & eſt conueniens inflationib⁹ ſto
machi & inteſtinorum. Serapio.



POLIPODIVM

¶Polipodium calidum est in secundo: siccus in tertio gradu. Virtus est in radice que in sapore dulcis est & nodosa. & qd' nascitur super radices quercus est efficatius. Est resolitiuum uentositatum & humiditatum & in decoctione polipodii debet poni aliquod exclusiuum uentositatis ut ē anisi & semen feniculi & cimini: quia polipodium resoluit humores in uentositates. Virtutem etiam habet ipsum polipodium dissoluendi & attrahendi. & etiam purgandi pricipaliter flegma & melancoliam secundario. unde competenter ponit in decoctione flegma & melancoliā purgāte.

Et flegmaticis & melancolicis ſanis datur ad preſeruatio-
nem. Contra febrem quotidianam & quartanam & dolorē
arteticum & contra dolorem colice & yliace paſſionuz cō
ferre habet. Et talis eſt uſus. Recipe floliorum ſene: radi-
cis polipodii & radi. eſuele añ. ℥. ſ. ſeminum feniculi petro
ſilini: leuiſtici añ. ʒ. ii. uuarum paſſularum: florum uiolae
boraginis añ. m. ſ. liquiricie. ʒ. i. omnium contuſorum fiat
decoctio in aqua & uino añ. lb. i. ſ. ad conſumationem fer-
re medietatis coletur & colatura dulcoretur cum ſufficiē-
ti ʒucaro quod ſufficit & fiat potus & utatur eo modo ut
ſupra. quo cōſumpto ſequentes pillule ſumantur. Recipiā
tur maſſe pillularum fetidarum: maſſe pillularum de lapi
de lazuli añ. ʒ. ſ. turbit. ℈. ſ. dyagredii gra. iii. ʒinciberis:
maſticis añ. gra. i. miſce cum ſirupo acetoſo compoſito &
fiant pillule. vii. aut. ix. R. dyagalāge uel dyacoros pro cō
fortatiuis. Item radix polipodii cum parum aniſi decoqua
tur in pullo cum aliis ſpetiebus odoriferis & delicatis ho-
minibus multum opitulatur. Contra arteticam buliatur
radix eius cum ſemine feniculi & hermodattuli pulueriza
tum in aqua multum prodeſt. Auicenna.

PARITARIA

¶ Paritaria calida & sicca in tertio gradu. uiridis magne ē efficatie: exiccata uero nullius. Virtutem habet dissoluendi: consumendi: dyaforetica est & extenuatiua uentositatuꝫ Vinum decoctionis paritarie & absinthei cum parum ꝫucari confert contra frigiditatem stomachi & intestinorum & dolorem eorundem ex frigiditate & uentositate. Idem ualet contra stranguriam & dissuriam & yliacam passionem paritaria calefacta in testa sine aliquo liquore. suppositū lotio patienti. uel etiam in uino decocta cum semine anisi super locuꝫ dolorosuꝫ tepide applicatū miro mō mitigat

dolorem & resoluit. Ipsa etiam paritaria sola decocta cuꝫ carnibus & comesta confert dolori stomachi & intestinorum ex frigiditate uel uentositate. Plures moderni homines faciunt tortas ex ouis & foliis paritarie cōtra predicta accidentia & confert. Cathaplasma etiam factum ex paritaria & aq̄ salsa & oleo mutuo cocta & pectini[1] apposita ualet contra stranguriam & dissuriam ꝛc. Semen etiam cathaplasmatibus exhibitum ignem sacrum extinguit miscendo cum succo semperuiuiue. & etiaꝫ conbustionibus medicatur. Tumores omnes compescit cum aceto & furfurib[9] tritici cocta. Et pustulas emendat eius succus cum oleo mixtus. Succus paritarie cum ceruſa & aceto mixtus igneꝫ sacrum extinguit & herpostimenum si inde ungantur. Et podagricis medicatur succus eius cum uino & parum croci mixtus. Et succus foliorum eius cum succo liquiricie i potu acceptus tussientibus antiquis opitulatur. Et succus ei[9] cum oleo ros mixtus dolorem aurium mitigat. Succus ēt eius tumores faucium loco gargarismi conpescit. Pande-

PORTVLACA

¶Portulaca infrigidat in tertio & humectat i secundo gradu. uirtutem habet leniendi & humectandi & infrigidandi Optimus cibus est febricitantibus de colera & colericis. Similiter sanis etiam cruda uel cocta confert. ualet etiam ad calorem interiorum membrorum. Confert etiam contra constipationem uentris aqua decoctionis portulace & lactuce & prunorum & uuarum passularum. Item ualet ad infrigidandum calorem febrilem. ualet etiá contra strãguriam & dissuriam tunc operatur constrictionem uentris. Omnia enim in quantum urinam prouocant intantu5

uentrem constipant. Platearius. Sed portulaca cum conue
nienter apponitur constrictionem uentris prohibet: hume
ctat enim & relaxat. Confert etiam contra ragadias. i. scis/
suras labiorum & ad ulcera eorum. Radices portulace bu
liantur in uase eneo & fiat puluis confectus cum melle &
labia inde ungantur hoc idem ragadias leprosorū palleat
Confert etiam portulaca contrita cum aceto contra apo/
stemata calida in principio ipsis apposita. Et succus portu
lace & etiam tota herba si comedatur confert ulceribus i/
testinorum quia linit ipsa. Et conuenit fluxui matricis im/
moderato. & succus ei⁹ ē fortior in hoc. Et portulace usus
nimius debilitat uisum. & infrigidat corp⁹ & prohibet uo/
mitum colericum & aufert libidinem. Item portulaca ma/
sticata cum parum aceti fluxum sanguinis prohibet nariū
uel etiam comesta ardorem stomachi tollit uitio colere: p
pterea causonicis plus aliis febribus prodest. super stoma
chum etiam emplastrata cum parum aceti miscendo idem
facit. stuporem etiam dentium sanat masticata. & quandoq;
stiptica ē in sapore ideo ualet dissintericis in cibis sumpta.
& quando fricantur ueruce cum ea eradicat eas proprie/
tate sua nō qualitate. eius succus sedat sodam calidam. & cō
fert etiam doloribus renum & uesice & eorum ulceribus.
& ipsa retinet fluxum menstruorum & ualet ulceribus ma
tricis. & aqua eius ualet emoroidibus sanguis. Pandecta.

POLEGIVM

¶ Polegium est multum odorifera. Est autem secundum Platearium calidum & siccum in tertio gradu. Cuius uirtus consistit in foliis & floribus. & debet colligi quando ē flore. Et est duplex scilicet domesticum & agreste & utrū q̃ est multum utile & medicinale. uirtutez enī habet disoluendi: consumendi & confortandi. Et reuma frigidum constringendi & desiccandi & matricem mundificandi & coartandi uentris uuluā. habet etiā uirtutez educendi mēstrua & frangendi aut destruendi calculum & cōfortendi stomachum. In eo etiaz est uirtus exitandi appetitū & extenuādi

uentositatem. Et eius uirtus mirabilis est mitigandi dolorem interiorum membrorum scz intestinorum. Et eius usus multum facit ad conceptum ut dicit Plinius. Item polegium impositum sacculo super testam calefactum sine liquore aliquo & sacculus adeo calid' applicetur capiti ualet contra reuma frigidum: & si maiorana apponitur cum scicados arabico erit eo efficatius. Et gargarismus factus ex aceto decoctionis polegii & ficuum siccarum ualet contra frigidam tussim ex conglutinoso humore uel aquoso. Item aqua eius cum thucia mixtus ualet contra dolorem oculorum. Et fomentatio eius super aures sedat dolorem earum. Et uinum decoctionis polegii & mente ualet contra dolorem stomachi & intestinorum ex frigida causa uel uentositate. Torte etiam facte ex polegio & menta cum ouis conferunt ad idem. Emplastrum etiam factum ex polegio & menta cum uino stomachum applicatum prodest ad idem. Fomentum etiam factum ex decoctione polegii & arthemisie humiditates superfluas matricis desiccat & uuluam coartat. & hodierno die plures mulieres tali fomẽto utuntur. Et decoctio polegii & seminis feniculi & anisi ĩ uino & oleo pectini emplastretur prodest contra stranguriam & dissuriam. Platearius.



PORRVM

¶Porrum aliud domesticum aliud siluestre: calidus i ter tio siccum in secundo gradu. Et siluestre ē calidius & siccius propter illud ē deterius. Porrum nocet stomacho causans inflationem ac uentositatem. Et cum sui acumine neruos mordet faciet enī fumos melancolicos ex alare caput obfuscando uisus. Et eius usus causat somnia terribilia. unde caueant accolerici & melancolici seu inaniati & opilatōnem in capite habentes. uolentes ea comedere capiam postea lactucam: endiuiam & similia ut calor tēperetur. au porrum crudum bene lotū elixetur cus lactuca: ideo mū

dificat humor emigrossum a pulmone & opilationem epa tis & splenis aperit. & porum cuʒ aceto & succo plantagi nis naribus applicatum stringit sanguinem earum. Item porrum crudum contusum super morsum serpentis con, fert. Item succus porri cum parum mellis sanat uulnera. Et succus porri cum succum radicum lilii soluit lumbo, rum dolorem. Item porrum crudum cum caulib⁹ come stum ualet contra inebrietatem & stimulat ad coitum. & porrum solo suo odore fugat serpentes & scorpiones. Cō, fert etiam ad dolorem dentium cum piretro & succo por ri dentibus applicando & interficit uermes earuʒ. sed usus eius stomachum grauat. sitim prouocat sanguinem incen dit si ex eo nimium comedatur. & semen porri & allei i po tu mixta facit stringere sanguinem ex pectore. Item succ⁹ eius cum sumatur confert ueruce. Et succus cuʒ sale mix tus confert ulceribus fraudulentis. & porrum siluestre ul cerat corpus. & eius comestio causat sodam. & prouocat urinam & menstrua & ambo nocent uesice & renibus ulce ratis. & confert emoroidibus coctū & more emplastri sup positum. & eius usus cōmouet ad coitum & similiter eius semen torrifactum. Et folia eius cum granis mixti ualet contra tenasmonem. & porrum cum oleo amigdalarum coctum ualet in colica. Auicenna.

PENTAFILON

¶ Pentaffilon grece quinq; folium latine. eius radix ſiccatiua in tertio gradu minime uero caliditate manifeſta participat. Elixatura eius cuʒ edera terreſtri dolorem dentiũ mitigat ore retenta. & ex decoctione eius & piretri & parum mellis fit gargariſmus qui putredinem oris tollit. & decoctio eius cum plantagine uentrem ſtringit. diſſintericis neceſſe adhibetur: arteticis & ſciaticis preſtat effectuʒ. Elixatura eius cum aceto & cathaplaſmata herpoſtimẽo conſert ſeu prodeſt & ignem ſacrum extinguit cum ſucco ſempuiue miſcẽdo. & ad apoſtẽata & panericiũ apppoſita

ad ſanitatem perducit. ſcabiem ſoluit. Succus radicis eius cauſas epatis & pulmonis ſaluat. & potionibus uenenoſis occurrit. decoctio foliorum eius cum uino cum foliis ſene addito pipere quartanariis remedium eſt. Et ab epilēticis accepta triginta diebus preſtat effectum. Succus etiā foliorum eius ycterici preſidium confert. Et fiſtulis ſuccus eius imiſſus preſtat ſanitatem. Pandecta. Itē decoctio radicis eius cum aceto ualet ad ulcera de ambulantia. Idē confert eriſipilis & panneritio & ſcabiei & doloribus iuncturarum. Idem confert ad alcolam. i. apoſtema oris. Et uinum decoctionis foliorum eius ualet ad epilentiam decem diebus in potu exhibitum. Succus etiam radicis confert ad ſolidandum ulcera inteſtinorum & emoroidarum. Auicenna. Et ſi ſuccus eius ore teneatur omnes oris curat paſſiones. Et ſi quis ſecum deferat opus dat & auxilium. Amplius ſi quis uult a rege ſeu principe aliquid impetrare copiam dat eloquentie ſi ſecum ipſam herbam deferat & obtinebit. Albertus dicit libro ſecretorum de uirtutibus herbarum.

PIPINELLA

¶ Pipinella eſt herba ſimilis ſaxifrage non differens niſi in pliofitate: quia pipinella eſt piloſa ſed ſaxifraga non habet pilos. Vnde uerſus. Pipinella pilos: ſaxifraga non habet pilos. Et eſt calide & ſicce complexionis. Virtutem habet diureticam & uirtutem diſſoluendi: lapidem frangit in renibus & ueſica. confert etiam contra ſtranguriam & diſſuriam. Ad hec omnia ualet uinum decoctionis pipinelle & ſaxifrage & miliiſolis cum radice petroſilini & ſpargi. hec eadem decoctio multuz prodeſt in colica & yliaca paſſionibus. Similiter preſtat auxiliuz contra opilationē ſpleni

& epatis. uel detur sequēs potus qui maioris erit efficacie aduersus easdem egritudines predictas. Recipe pipinelle: saxifrage: scabiose: cathapucie añ. m. i. florum uiolarum & boraginis uuarum passularum añ. ℥. ʒ. seminum petrosili ni: miliisolis: anisi liquiricie. radicū spargi & tamarisci añ. ʒ. ii. foliorum sene. ℥. ʒ. ʒinciberis. ʒ. ʒ. omnia contundant grosso modo & buliantur in ℔. ii. aque ad consumationē tertie partis coletur & colatum dulcoretur cum sufficiēti ʒucaro & fiat potus mane & sero tepide sumendus pro q̄ libet uice in quantitate medii ciphi. quo potu consumpto sequentes pillule circa medium noctis exhibeantur. Recipe masse pillularum fetidarum: masse pillularum aggregatiuarum añ. ʒ. quinq; pulpe granorum coconidii numero. vii. misce mallaxando cum sirupo aut potu superiori & fiant pillule. ix. Postea datur dyaciminum uel electuarium ducis pro confortatiuis. & ungantur regiōes splenis uel intestinorum uel renum cuʒ unguento dyaltee ubi dolor expostulat & summum erit remedium.

PAPAVER

¶Papauer frigidum & ſiccum in ſcdo ſcz.album .ſed papauer nigrum eſt frigidum in tertio.Auicenna.Semen papaueris medicine competit notanter album & ſemen papaueris nigri non debet dari quia magis mortificat.uirtutez habet inducendi ſomnum.fiat emplaſtrum ex ſemie papaueris & lactuce mulieris & albuminis oui circa tempera. & quidam dant pueris pulueres papaueris albi cum lacte ut eo melius dormiant.& ſemen papaue.uel ipſa herba trita cum oleo roſ & ſupponat aut ligatur Apoſtemati calido in principio.& ſimiliter ualet ꝓtra calefactionē epatis.

Et oleum uiolarum cum ſemine papaueris albi conficiat & inde ſpina dorſi ungatur febricitantibus: ideo ualet contra ſiccitatem mēbrorū ut in ethica & in aliis febribus. Itē contra ſiccitatem pectoris & conſumptionē membrorū conſert dyapapauer. uel conficiatur electuarium ex ſucco liquiricie: gumi arabici: draganti. aniſi & ſeminis papauerī albi iuxta quantitatem aliorum & conficiatur cum ſirupo de papauere & fiat electuarium quod ualet tabefactis & exiccatis ſeu ethicis ut ſupra. Item ſi caput lauetur cū de coctione ſeminis papauerī & radice eius inducit ſomnū in febribus acutis in quibus inſtaneia uigiliarum aſſiſtit. Itē ex ſucco papauerī marini fit opium qd' eſt frigidum in q̄rto gradu & ſiccum in tertio. Item omnia papauera in figura foliorum conueniunt: ſed differunt in floribus: quia aliquod papauer ſcilicet album habet florem albū. & papauer rubeum habet florem rubeum. & papauer cornutum gerit florem glaucum. Et omnia papauera producunt ſemen nigrum preter papauer albū qd' habet ſemen albū Et ex ſucco papauerī nigri fit opium forte. Item ellixatura papauerī in cibis ſomnum inducit. Et folia papaueris cum aceto exhibita tumorem tollunt. & ignem ſacrū extingūt & maxime dolorem auferunt ab extra applicando. Et tuſſim mitigat & fluxum uentris abſcindit & ſi uinum bibitur litargicos facit & occidit dolorem capitis & aurium cum croco mixtum ſedat. Pandecta.

POPVLVS

¶ Populus eſt arbor cuius complexio eſt compoſita ex ſubſtantia aquea & terrea ſubtili : propter hoc accidit ꝙ eius uirtus eſt compoſita. Et uinum decoctionis corticis eius confert ſciatice & diſtillationi urine. Et dicitur ꝙ prohibet conceptionem quando bibitur de radice eius. & dicitur quando potatur de foliis populi idem facit poſt mũdificationem menſtruorum. & ſuccus foliorum populi quando diſtilatur in aurem tepide confert doloribus eius Item ab iſta arbore fluit reſina. & hec reſina a dyaſcoride & ab aliis medicinalis iudicatur. & ſanguinem ſtringit: ſu

dores & alios fluxos noxios compescit. Ex eis quidam sumitatibus ante productionem foliorum solet fieri unguentum frigidum opilatiuum & caloris mitigatiuum & somni prouocatiuum. Et hoc unguentum a medicis appellatur unguentum populion & in multis causis necessarium iudicatur & hoc unguentum dicitur populion: quia fit de oculis populi: ualet contra calorem febrilem acutum. Et ualet hiis qui dormire nequiunt unctis temporibus & pulsibus & plantis manuum & pedum. Hoc idem unguentum cum oleo rosarum uel uiolarum mixtum & super epar inunctum calorem mirabiliter tollit. & super umbilicuz unctum sudorez prouocat. Et tale unguentum fit isto modo Recipe oculoruz populi lb. i. so. papauer. so. mandra. so. iusquiami: solatri: uermicularis: lactuce: sempuiue añ. ℥. ß omnia confundantur & buliantur cum uino ad uini consumationem. postea comprimatur per annum forti compressione cui colato adde axunge nouelle porcine sine sale quantum sufficit & moueatur in patella iuxta ignem in moduz unguenti & in uase reconde. Nicolaus in auditorio suo. Serapio.

PASTINACA SIL.

¶Pastinaca siluestris.i.daucus asininus. cuius uirtus cale facit & abstergit.prouocat urinam & menstrua: tota her/ ba facit hoc:maxime uero semen & radix. Sed quando ex foliis eius fit emplastrum super ulcera que incipiunt cor rodi cum plantagine conuenit ne amplientur . Item quan/ do fit fomentatio cum foliis pastinace siluestris & arthemi/ sie cum uino prouocat menstrua. Et post talem purgatio nem bibatur de uino decoctionis seminis pastinace cuꝫ ra sura eboris facit ad conceptionē. Vinuꝫ etiā decoctiōis pa stinace siluestris & semis petrosilini:seniculi ꝓfert strāgurie

Et ualet eius decoctio foliorum paſtinace cum foliis altee & radicum lilii cum butiro in patella impaſtando in modum emplaſtri minerā pectoris ungendo qd' ualet ī pleuresi. Et radix paſtinace ſilueſtris in cibis ſumpta ad coitū exitat non fortiter & prouocat urinam. ſed paſtinaca ſilueſtris minus ualet in cibis. Domeſtica uero paſtinaca nomine paucia conuenientior eſt in cibo que multum inflatiuū eſt aliquod uentoſitatis habet in libidinoſitatis. Semen ergo paſtinace domeſtice id eſt baucie incitatiuū eſt ad coitum. Paſtinaca uero agreſtis non adeo eſt inflatiua ideo diureticum eſt & menſtruorum cōmotiunm herba etiaꝫ eſt ſurmacum dyaforeticum exterius poſitum cum uino cocta addito calamento. eſt tamen herba debilior in omnibus reſpectu ſeminis propter āmixtionem aquoſe humiditatis. Paſtinaca uero ſilueſtris fortior eſt ad omnia. urinas autem mouet & menſtrua prouocat & tota quidē herba & maxime ſemen & radix. Quidam autem ſilueſtrem paſtinacam uocant daucum ſilueſtrem. Pandecta. radix paſtinace apenſa collo ualet ad tumorem eius. etiam ſerpens non poteſt nocere deferenti radicem. Macer.

PASTINACA DOMESTICA

¶Paſtinaca domeſtica.i.baucia calida eſt in medio ſecundi & humida in principio eiuſdem.Et eſt duplex eius maneries ſcilicet domeſtica & agreſtis.alio nomine paſtinaca domeſtica baucia anpellatur . eſui plus competit talis paſtinaca q̃ medicine. Virtutem habet generandi ſanguinem multum & ſpiſſum.unde auget libidinem cõualeſcentib' & malencolicis ualet cruda uel cocta comeſta . & uiridis maioris eſt efficacie.ſicca minoris. Fit autem inde uinum conditum ex radicibus ſicut de yringis ad coitum incitandum. & uſus radicis generat bonum ſanguinem & multi-

plicat ſperma.ualet digeſtionem bonam procurandam.Et poteſt iſto modo ad condiri.Recipe radicũ paſtinace mũdate & coque bene & coctas minutim ſcinde & exprime a quam cui addatur mellis conſumptione ʒ & continuo moueatur ne adhereat cacubo & circa finem decoctionis appone pineas mundatas.poſtea apponas ſpẽs aromaticas ut cinamomi:ʒinciberis:galange:macis: nucis muſcate ꝛc.
Et uſus illius conditi uirtutem digeſtiuam miro modo cõfortat & bonum ſanguinem propagat & multiplicat ſperma.Eodem modo fit conditum radicũ yringi uel ſecacol.
Platearius. Et paſtinaca domeſtica a quibuſdam daucus domeſticus appellatur ſiue baucia.Eſt autem talis magis digeſtibilis q̃ daucus ſiluestris quantum ad radices.Et radix talis paſtinace domeſtice eſt exitatiua ad coitum quia eſt uentoſitiua & calefactiua & humectiua que tria ut plurimum concurrunt ad carnis libidinem.Pandecta.

ROSA

¶ Rosa frigida est in primo & sicca in secūdo gradu. & rosa uirides & sicce competunt usui medicine. eligende sunt rose rubee in medicinis. de rosis uiridibus multa fiunt scz mel rosarum: zucarum rosarum & mulsa rosarum: sirup' rosē: oleum rosē & aqua rosarum. Mel rosarum sic fit. mel despumet & coletur cui misceantur folia rosē minuti icisa & aliquantulū decoquitur. zucarum rosarū sic fit. recipiāt folia rosarū optime ptussa uel minuti icisa & cū zucaro albo & soli presentet pro ipsi' fermētatione. Sirupus rosarū sic fit. R. succi rosarū cum zucaro albo misceat penes ignē

coquendo ut decet & conuenienter datur flegmaticis: melancolicis & colericis debilitatis propter dissolutionem spirituum. Ad idem ualet zucarum rosarum notanter colericis: sed flegmaticis datur mulsa ex aqua & melle rosarum facta. uel datur mel rosarum cum aqua decoctionis seminis feniculi flegmaticis ad mundificandum stomachum a suis humoribus. zucarum rosarum habet uirtutem constringendi & consortandi. ideo ualet dissentericis & lientericis seu dyaricis & in tali casu misceatur parum masticis pro consolidatione ulcerationis intestinorum qd' ut plurimum consequitur dissinteriam. Confert etiam zucarum rosarum contra uomitum cum aqua pluuiali. Contra sincopim & cordiacam passionem que fit ex calefactione spiritualium membrorum detur aqua rosarum uel sirupus rosarum uel zucarum rosarum. Item contra calefactionem epatis & dolorem capitis fiat inunctio regionis epatis cum oleo rosarum. uel frons uel tempora ungantur pro dolore capitis. uel frons uel tempora ungautur pro dolore capitis. & cōtra dyaforesim uel nimium sudorem ungatur corpus cum oleo rosarum mixto cum puluere sandali rubei uel albi ꝛc Et oleum rosarum ꝑm quosdam fit emplendo uas uitrium rosarum & oleo & faciunt bulire in caldario aqua pleno. Item contra corrosionem oris ualet mel ros cum aqua rosarum mixtum. & contra sincopim & cordiacam passiones detur aqua ros in potu & facies irroretur. Et in coliriis oculorum miscetur. Serapio. Pandecta. Auicenna de uiribus cordis.



RAFANVS

¶ Raffanus calidus est & siccus in scdo gradu. Radix aũt eius magis competit usui medicine & uiridis magis q̃ sicca habet autem uirtutem incidendi & dissoluendi. & ex eo fit oximel hoc modo. Radix confundantur & mittatur in aceto ad tres dies postea aliquantulũ buliatur & colature detur mellis sufficientia. tale oximel ualet contra quartanam & quotidianam. Sed si predicte colature misceatur ʒucaʒ fit sirupus conueniens contra quotidianam ex flegmate salso uel contra tercianam notam. i. impuram scʒ mixtam ex colera & flegma. Item si frigidi humores sint indigesti in

stomacho radices raffani infusas in aceto & paruz mellis comedat patiens ad saturitatem post bibat aquam calidaz & digitis in ore missis uel penna in oleo inuncta uomitus prouocetur. Et ipsa herba in uino cocta & absintheo & oleo cathaplasmata regioni splenis ualet contra duriciẽ ei⁹. uel cathaplasmetur pectini soluit stranguriam & dissuriã Platearius. Et succus raffani uel aqua decoctionis raffani cum cerusa & parum mellis rosarum confert lentiginibus faciei & omni liuori eius faciem inde abluendo Item raffanus quando comeditur generat uentositates & facit eructuare & prouocat urinam & calefacit. Et quando comeditur ante cibum impellit cibum ad superiora & non facit cibum descendere ad fundum stomachi. Et propter hanc causam quando sumitur ante cibum prouocat uomitum. Et quando sumitur post cibum mollit uentrem & iuuat cibum ad descendendum. Et quando decoquitur radix raffani in cibis confert tussi & humoribus grossis congregatis in pectore. Et est conueniens in ydropisi de causa frigida. Et quando succus ei⁹ miscetur cum farina lolii facit nasci pillos in alopicia. Et gargarismus ex eo factus resoluit squinantiam. Serapio.

RADIX

¶ Radix calida est & sicca i tertio gradu. & est herba cui radix simili modo appellatur. & radix usui medicine competit. Et radix raffani domestici similem habet uirtutē raffani in capitulo precedenti & confert contra easdem causas & eodem modo sed non adeo efficax. Platearius. Item radix eius ualet contra calculum se resoluentē: principaliter eius aqua prodest. Similiter ualet aqua eius calida sumpta prouocando uomitum cum penna uel cum folio quercus Et raffanus domesticus est radix: sed quod nos uocamus raffanū, est raffanus agrestis. Pan. Et folia radicis in cibis

ſumpta reſiſtunt ueneno. Radix etiam ieiuno ſtomacho ſũ
pta comeſta uel potata magnum preſtat ſanitatis adiuto-
rium: ſed inflationem facit & ructuationes fetidas. ſemen
eius urinam mouet: uentrem malaxat. decoctio enim radi-
cis in cibis ptiſicis prodeſt & flegma thoracis purgat. Et
decoctio radicis cum oximelle ſumpta uomitum mouet.
cum melle mixta putredinem oris curat abluendo os. Et
decoctio radicis i aqua liuorem faciei tollit & uim fungo-
rum uenenoſorum compeſcit. Semen uero eius cum aceto
coctum & potatum plenem minuit. decoctio totius herbe
radicis & altee in modum cathaplaſmatis ydropicis appli
cata conſert & ſpleneticis. Et Pandecta dicit nos autem ex
perti ſumus de hac planta multotiens ꝙ quãdo coquitur
multum cum kiſtordei donec diſſoluatur i decoctione &
detur in potu habet magnam efficatiam in egritudinibus
pectoris antiquis que fiunt ab humoribus groſſis. Item ſe
men eius conſert uenenis ſicut teriaca. & raſis dicit aucto-
ritate Serapionis ꝙ expertus fuit hoc & inuenit uerum ꝙ
aqua radicis raffani domeſtici ſuper ſcorpionem diſtillata
uidit ipſum ſtatim imobilẽ. & deinde inflatus eſt & crepu
it per medium. Serapio.

RVTA

¶ Ruta calida est & sicca in tertio gradu cuius duplex est maneries scilicet domestica & agrestis que pigamē dicitur Et folia & semina competunt usui medicine. Virtutem habet diureticam & dissoluendi & consumendi. Puluis rute cum piretro naribus inflatus flegma educit & cerebrum mundificat: ideo ualet ad epilentiam & alias discrasias cerebrales uicio flegmatis causatas. Vinum etiam decoctionis rute & pionie & rosmarini ualet ad idem notanter ad epilētia. Itez uinum decoctionis rute in potu datum ualet contra defectum uisus. Vnium decoctionis rute cum piretro

ualet dolori dentium abluendo os. Et contra paralisim membrorum ualet uinum decoctionis rute & castorii & herbe paralisis. Item contra yliacam passionem & colicaz ualet succus rute cum parum puluueris esule & mellis mutuo miscendo & detur patienti in potu. Item contra tenasmonem decoquatur ruta & taxusbarbatus in uino & oleo & fiat eukacisma. i. sessio super talem decoctionem calefactam. Vinum etiam decoctionis rute & absinthei & corticis tamarisci uel florum geneste confert opilationi splenis & epatis. Et ruta & anetuz cocta i uino & oleo & cataplasmata pectini confert strangurie & dissurie. Itē ad mēstrua prouocanda & fetum mortuum & secundinam educendaz detur triffera magna cum succo rute. Item operatur succ' eius solus per os datus aut pessarizatus cum mirra. Et cōtra lipitudinem oculorum & rubedinem puluis thucie cū succo rute conficiatur. Contra uenenum bibitum uinū rute bibatur. Et contra morsuz animalium uenenosoruz ualet ruta emplastrata morsui. Et si quis fuerit totus circundatus ruta uiridi secure potest accedere ad basiliscum interficiendum. Serapio auctoritate Dyascoridis ruta est de rebus conferentibus inflationib' & uentositatibus & ipsa extinguit libidinem & etiam prouocatiua urine & menstruorum.

ROSMARINVS

¶Rosmarinus calidus & siccus.& est frutex cui⁹ excessus in qualitatibus per Platearium non determinatur. Sꝫ Pan decta auctoritate mesue est ca.& sic.in tertio gradu.& ei⁹ sunt plures speties.Et uirtus omniuꝫ speciez est similis ex hoc ꝙ resoluit:mollificat:abstergit & icidit . Et succus ei⁹ cum aqua mellis curat obscuritatem uisus que fi ex hu miditate grossa. Emplastrum factum ex foliis rosmar: & succi plantaginis confert fluxui sanguinis emoroidarum . & idē sedat ad apostemata calida ani & extenuat emoroi das egrediētes & maturat scrofulas & apostēata difficilis

maturationis addita radice altee. Et uinum decoctionis foliorum rosmarini cuꝫ scolopendria & boragine cõfert icte ricie. & quando sumitur in potu cuꝫ uino addita paritaria confert torsionibus uentris. Et uinum decoctionis eius & seminum feniculi & petrosilini & arthemisie prodest urinam & menstrua prouocãdo. Et succus eius expressus cũ aqua feniculi cũ thucia miscendo fit inde coliriuꝫ qd̃ acuit uisum. Et semen eius quando sumitur in potu facit idem. Et quando decoquitur ipsa tota herba rosmarini cum calamento in uino & oleo & ungatur inde corpus prouocat sudorem. & sic confert in ydropisi. Et uinum decoctionis rosmarini & rute ualet in epilentia addito parum piperis. Et puluis rosmarini cum farina lolii uel furfuris cum succo ebuli & parum aceti miscendo ualet in podagra. & quãdo abluitur caput cum aqua decoctionis rosmarini & maiorane & florum scicados confert cerebro & dolori capitis. Contra sincopim detur dyanthos cũ uino decoctionis rosmarini. Contra humiditatem uue uinum decoctionis eius gargarizetur cum parum piretri. Contra dolorem intestinorum ex uentositate detur uinũ decoctionis eius & cimini. Ad menstrua prouocanda & ad conceptionem fiat fomentum circa pudenda cum aqua decoctionis eius & mellisse. Serapio.

RAPA

¶ Rapa calida in ſecundo & humida in primo. multum plus aliis herbis nutrit. dure tamen eſt digeſtionis. mollē & inflatam facit carnem propter ſui uentoſitatem & inflationem ideo augmentat ſperma & prouocat coitu3. Et q̃tomagis decoquantur & melius nutriunt. & nocumentum earum aufertur & decoqui debent cum carne pinguium. Item podagrici & artetici ſi fomententur in earū decoctione dolorem ſedant. Et uinum decoctionis ſeminis raparū domeſticarum ualet contra ſerpentis morſu3 & tale uinū illinitum ſuper morſum ſerpentis prodeſt. Item rapa iflat

& ſemen ſeu ſeu ſperma in homine generat. Item due ſunt ſpeties raparum ſcilicet domeſtica que ſuperius dicta eſt. & agreſtis que uocatur rapola ſcdm Pandectas: cui⁹ ſuc⁹ mirabiliter herpetibus & fiſtulis impoſitus medetur. & ſemen eius eſt teriaca uenenis. Rape cocte & comeſte nutriunt & generant uentoſitates & incitant ad libidinem & augent in ſpermate. Et decoctio raparus applicata ſuper podagram & ſuper ſciſſuras que fiunt a frigore confert eis. Et quando fit emplaſtrum cum rapa contrita cum ſucco ebuli facit ad idem. Et quando fodiatur rapa una ad cuius cauatur am ponatur cera liquefacta cum oleo roſ⁹ & ponitur ſuper cineres calidos & calefiat multum confert ſciſſuris que fiunt a frigore. Item folia raparus cocta cus petroſilino & feniculo & boragine in iure carnium & comedantur prouocant urinam. Item ſemen rape ponitur in confectionibus teriacarum que fiunt contra uenena. & ſemen rape agreſtis adminiſtratur in medicinis que mundificant faciem corporis ſcilicet cum farina lupinorum & ceruſa i aqua miſcendo. Et eſt alia ſpeties rape que parue quando comeditur generat inflationes. & eius nutrimentum eſt minus alterius rape. Serapio⁹

RIBES

¶ Ribes est frigida & sicca in secundo gradu. & est frutex cuius fructus est rubeus & dulcis cum acetositate & stipticitate. & ex hoc contingit ꝙ infrigidat stomachum & abscindit fluxum uentris: uomitum & sitim. & rob eius. i. succus eius confert cordiacis & uomitui & fluxui qui fiunt a colera. & prouocat appetitum cibi sua frigiditate. & succ' eius exprimitur ex fructib' qñ teruntur & coquit expressura illa donec habeat substantiã & talis succus abscidit sitim que accidit a caliditate & a colera. Et ꝙfert morbi llis & bothar que fiũt in corpe sicut sũt uariole cũ similibus.

Et modus ſirupi eius eſt ſicut ſirupus de berberis . & eſt frigidus & ſiccus qui poteſt iſto modo fieri. Recipe ſucci ribes lb.i.ſucci boraginis q̃r.lb.ſeminis plantaginis:ſemi nis citoniorum añ.ʒ.ii.buliantur cum parum aceti ad cõ ſumationem tertie partis & colature ,addatur ʒucari albi qd' ſufficit pro dulcoratione & fiat ſirupus conueniens ca lori febrili & fluxui uentris ex colera. ualet etiam contra peſtilentiam cum aqua acetoſe exhibendo & ſiti extinguit. Et ſtupefacit dentes eius ſuccus ori exhibitus. Et ſuccus ribes cum aqua plantaginis potatus confert emoroidibus & ebrietati.Serapio & Pãdecta autoritate raſ.ribes eſt fri gida & ſicca ſtringit uentrem. & idem auctoritate Meſue: frigida eſt & ſicca in ſecundo gradu rob eius.i.ſuccus fru ctuum.Ribes eſt ſicut rob acetoſitatis citri calorem cole re & exuberantiam ſanguinis extingui.Et ualet epoſtema tibus peſtiferis ſeu peſtilentie.Item ſuccus ribes cum pul uere thucie mixtus acuit uiſum.etiam ſuccus ei' ualet do lori capitis ex frigiditate.

RVBEA TINTORVM

¶ Rubia tintorum est calida & sicca in secundo secundum plures autores. Sed ſm Auerroim in colliget ca. de rubea tintorum calidum est & siccum in tertio gradu. Et est duplex ſcz domestica & siluestris uel maior & minor. Maior est que maior habet folia. minor que minora habet folia & minoris uirtutis. habet uirtutem confortandi sua ponticitate & diuretica est sua amaritudine. Contra debilitatem stomachi & epatis ex relaxatione detur uinũ decoctionis eiꝰ & masticis. Valet etiam emplastrum super stomachum factum ex puluere radicis rubee tinctoꝝ & puluere galãge

& mastice & oleo & cera ad menstrua prouocanda & fetū mortuum & secundinam educendam confundatur radix rubeetinctorum cum melle ungatur & cum scāmonea spgatur & fiant inde pessaria & imittatur matrici & ualebit ad predicta. Itē aqua decoctionis eius si caput inde abluatur reddit cappillos rubeos. Quidam propinant radices rubeetincture puluerizatas cuꝫ mellicrato sciaticis nectō paraliticis. Succus eius auribus ifusus dolorem aurium mitigat cum sulphure mixtus. Pandecta. Virtus etiam radicis rubeetinctorum mundificat epar & splenem & aperit opilationem eorum & prouocat menstrua & urinam grossam prouocatione forti. & abstergit absterstione tempata omnia que indigēt absterstione. ideo confert morphee albe puluis radicis eius cuꝫ puluere aloepatici & succo allei & parum mellis inde ungendo morpheam. Et radix huius herbe est rubea sicut appellatur. & habet uirtutem prouocandi urinam. Et quando bibitur succus radicis cum mellicrato confert yctericie sciatici & paralisi & facit mingere urinam multum grossam. & fortassis facit migere sanguinem ideo ualet miscere masticem. Serapio capitulo eodē.

SOLATRVM

¶Solatrum est siccum in secdo . & sunt quattuor species. una earum comeditur alie uero non . & illa que comedit est domestica & est herba non magna habēs ramulos plurimos.& folia eius nigra similia foliis baseliconis & habet semen rotundū cuius color est uiridis & niger .sed qñ maturatur fit rubeum & qñ frangitur inuenitur in eo hūmiditas multa & granula sunt semina eius & sapor eius est stipticus & est cōpositū ex uirtutibus compositis uult innuere . Serapio quia in eo sunt due substantie scilicet terrea & aquosa.Et quādo fit emplastr ex foliis solatri & lappacio

acuto cum aceto & sale factum resoluit apostemata & cu-
rat scabiem ulcerosam & pruritum eius. Et idez ualet ifla
tioni stomachi. & succus solatri ualet doloribus capitis ex
causa calida ab extra applicando. Et succus eius misceatur
cum cerusa & litargiro & oleo rosarum & paruz aceti cō
fert erisipile & aliis apostematibus multuz ignitis. & quā
do idem miscetur cum pane ualet scabiei ulcerose. & quan
do fit pessarium cum succo solitri & plantaginis & pulue-
re boliarmeni confert cursui humiditatum matricis. Et cū
succo solatri & succo scolopendrie cuz zucaro fit sirupus
cum clarificatione cui addendo reubarbarz & maxime cō
fert opilationi splenis & epatis. Vel qd melius est. R. succi
solatri. ℥. iii. reubar. z. i. spice. ℈. s. zucari. ℥. s. terenda terā-
tur & tepide āministretur. Et cōtra calida apostemata sto-
machi uel epatis uel intestinorū confert succus solatri cū
aqua ordei & multum approbatur. Idem ualet contra ca-
lefactionem epatis pecia panni intincta in succo eius sepe
applicata regioni epatis prodest. Idem fiat contra colicam
& podagram. uel ipsa herba trita cum oleo uel aqua rosa
rum desuper ponatur. contra calida apostemata i pricipio
confert solatrum cum aceto contritum pro repercussione
& solatrum raro pro alimēto sumitur sed ut medicina gra
tia infrigidationis. Pandecta. Serapio ꝛc.

SPINACHIA

¶ Spinachia eſt frigida & humida in fine primi gradus. Lenire habet uentrem & confert dolori pectoris & pulmonis & doloribus qui fiunt a colera & ſanguine. Et nutrimẽtum attriplicis & eſt operatio ſpinachie prope operationẽ attriplicis. & in ipſis eſt uirtus abſterſiua: lauatiua. & uincunt coleram. & comeduntur i oleribus uel buliantur cũ carnibus recentibus. Conferunt etiam doloribus dorſi uitio ſanguinis & eſt lenitiua uentris. & fortaſſe reſtringunt ſtercus a iure eorum ergo auferantur ſpinachie a fure ſuo & ſi comedant conferunt anhelitui & pectori & pulmoni

calido. Item ſpinachia ingreditur optimum genus olerum tempore conſtipationis uentris quod notanter poteſt ſumi tempe eſtatis & fit iſto modo. Recipe ſpinachie & bletes & attriplex & lactuce: borago que omnia buliantur maxime in iure carnium recentium & multum conferunt ad p̄ dicta accidentia. Sed ubi eſt maior intentio infrigidationis in corpore exuberanter calido poſſunt addi portulace. & ubi eſt maior intentio lubricationis precipue in corpe multum conſtipato ex calore addatur mercurialis cum uuis paſſulis. In hieme uero conferunt olera facta ex naſtrutio aquatico: petroſilino & urtica minori & feniculo & ſpinachia qd̄ omni tempore poteſt ſumi & nunq̄ expedit corpi temperato ꝙ herbe crude ſumantur exceptis lactucis & portulacis & boragine temporibus feruidis ad compeſcē dum ſanguinis feruorem & eſtuationē in ſtomacho & epate. Et frequens uſus olerum non confert ut patet per Auerroim. v. colliget. omnia olera generant melancoliam dempta lactuca & boragine.

CXXIIII

SILERMONTANVM

¶ Silermontanum.i.ſiſelios calidum & ſiccum in fine ſecũdi gradus ſ̃m pandectam & Auicennam. Virtutem habet incidendi & diſſoluendi humores flegmaticos uiſcoſos & congelatos. & propter hoc aperit uias omnes & cannales opilationes & prouocat urinam & menſtrua. Et confert aſmati & omnibus egritudinibus flegmaticis. Et ſemẽ ſileris montani ponitur in medicinis. Virtutem habet diureticaꝫ. Vinum decoctionis ſeminis eius confert contra ſtranguriam & diſſuriam & contra opilationes ſplenis & epatis: renum & uesice. Et puluis ſeminis ſileos cum ficubus ſiccis

mixtus confert ad idem. Fumigatio etiam facta cum herba ſileris montani & abrotano menſtrua prouocat & ualꝫ contra ſtranguriam & diſſuriam. ipſe herbe in uino cocte pectini emplaſtrata ſtranguriam ſoluit. Et uinuꝫ decoctionis ſileris montani & radicis yreos confert in aſmate & epilentia. Et Serapio auctoritate Dyaſcoride. Virtus eius eſt calefactiua ſcꝫ radicis eius & ſeminis. Et quando ſumitur uinum decoctionis eius prouocat urinã & coartationi anhelitus confert & ſuffocationi matricis. & in prouocando menſtruum expellit ſetum & idem etiam confert tuſſi antique & debilitati digeſtionis & torſionibus uentris & debilitati epatis. & quando ſumitur ex ſemine eius aut radice eius in uino & pipere preſeruat & defendit hominem a frigore aeris. & propter hoc confert itinerantibus in hieme. & quãdo homines & alia animalia de hac planta comedũt tempe coitus eorum confert eis ſtatim ad pregnandum. Pandecta. Serapio. Auicenna. Vinum decoctionis radicis eius. & ſeminis confert in dolorem dorſi. Et aqua decoctionis eius & roſ ualet in ſoda id eſt dolore capitis.

SINAPIS

¶ Sinapis eſt calida & ſicca in quarto gradu. Et ei' duplex eſt ſpẽs. una ẽ cuius ſemina exterius ſunt ſubnigra : interi' uero alba. Alia cuius ſemina exterius & interius ſunt alba & habent unam uirtutem ſed prima ſpeties ẽ acutior ſecũda. Et ẽ eligendum illud qd' non ẽ nimis ſiccum nec extenuatum & ſit granum groſſum & ſi frangitur eſt album. Virtus foliorum ẽ ulceratiua propter hoc pungit multũ quando teritur & miſcetur cum radice enule puluerizate & dimittatur per horas & conſert ſciatice ulceroſe. Et quãdo miſcetur cum oleo lauri & ide linitur ſcabies ulceroſa

anat eam. & idem confert dolori splenis & aufert etiam maculas unguium. Et quando radix eius suppenditur collo pacientium dolorem dentium prodest. Et habet etiam uirtutem attrahendi & consumendi superfluitates cerebri qñ masticatur uel fiat gargarismus cum puluere eius & pirethri & zinciberis añ. pondere cum melle rosarum & aqua plantaginis miscendo. Idem confert apostemati oris & in casu uuule. Et quando fit ex semine sinapis & uitello oui & parum salis unguentum ualet ad scrofulas. Et puluis eiꝰ mixtus cum zincibere narib⁹ aposit⁹ causat sternutationē & ualet in epilentia & litargia. quia exitat eos talia patientes Etiam quando fit emplastrum ex eo & semine rute & eiꝰ oleo confert in litargia capiti applicando: pilis priꝰ abrasis. Et semen sinapis cum succo abrotani mixtꝰ ualet ad alopiciam & ad dolores antiquos sc̃z splenis & sciatice passionis: quia trahit materiam ad exteriora & consumit eam. Et quando miscetur eiꝰ semen cum cerusa & melle & aqua dissolutionis furfuris tritici mundificat faciei maculas. Et semen eiꝰ coctum cum aceto ualet ad scabiem ulceratam. Et aqua decoctionis eiꝰ ualet febrib⁹ pioticis siue interpellatis. Pandecta. Auicenna.

SQ. VINANTVM

¶ Squinantum dicitur palea camelorꝫ. qa camelli eam herbam comedũt calidum & siccum in scdo. Pdecta & Auicenna. In arabia repit. Eligendũ est subalbidũ. & qd' dupꝫ existit circa stipitem abiciat. Virtute habet purgandi flegma principaliter nõ qd' per se ponitur sed cũ purgantibus flegma ut polipodio esula ꝛc. In ipso est stipticitas quare confert in fluxu sanguinis itestinorꝫ renum. Et quando bibitur uinũ decoctionis eiꝰ cũ polipodio & succo fumiterre cũ zucaro miscẽdo ꝓfert i ydropisi d̃ frigida cã. Et uinũ decoctiõis eiꝰ cũ pipere ualet i spasmo & dolore lacertorꝫ

Confert etiam in dolore matricis uitio eius nimie lubrica-
tionis fiat ex ipso & plantagine & bursapastoris cum uino
eukacisma. Et squinantum est herba similis cipero & repe
ritur in pratis. Et fortassis ex eo tota herba ubi nascitur &
quando desiccatur fit album. Et quod ex ipso āministrat
sunt folia: flores & radices. Auicenna dicit q̃ squinantum
est duarum spēcrum. una earum est que non habet fructus
nigrum sed apparet ut cauda equina. Aliud est arabicum
& est boni odoris & est maioris efficatie. Squinantum ī ui
no decoctum cum arthemisia & cathaplasmatum puden-
dis menstrua educit: stranguriam & dissuriam soluit. Et
prouocat urinam uinum decoctions eius & seminis fenicu
li. & in radice eius est stipticitas & propter hanc stipticita
tem āministratur in fluxu sanguinis. Serapio. Flos eius ē
pauce stipticitatis calefactiuus. mollificatiuus: frangens la
pidem aperitiuus orificōrum uenarum. prouocatiuus uri
ne & menstruorum & resoluit inflationes. & confert sputo
sanguinis & dolori stomachi. Et oleum squinanti prodest
in pruritu. Auicenna. Squinantum est stipticum qua pro-
pter confert eius flos fluxui sanguinis undecunq; fit. Pan-
decta.



SERPENTARIA

¶ Serpentaria.i.draguntea maior calida & ſicca.herba eſt cuius radix uſui medicine competit:exeſſus eius non determinatur ab autoribus. Serapio. ſed Pandecta auctoritate Serapionis.ca.de luff.i.dragũtee dicit ꝙ dragũtea eſt maior & minor. Maior eſt que uocatur ſerpentaria qa habet ueſtigia in modum ſerpentis uel quia uenenum ſerpentis fugat. Sed minor eſt illa que uocatur aaron & eſt illa que habet folia plana. Pandecta etiam auctoritate Galieni.vii ſimplicium capitulo de ſerpentaria.ſubſtantia radicis eius ſubtilior eſt ſubſtantia radicis aaron & in ſapore eius eſt

acuitas & amaritudo & stipticitas pauca. & est calidum & siccum in primo. Virtutem habet dissoluendi & mundificandi. Et succus eius mixtus cum aqua ros & cum parum ceruse & in sole temperetur & inde facies pungat ipsa eni claram reddit & pannum eius deponit. Et prodest fistule puluis radicis eius conficiatur cum sapone & fistule imponatur foramen eius dilatat intantum q̃ os fractum seu putrefactum extrahi possit. Item conferet etiam ad cancrum isto modo. R. pulueris serpentarie duas partes & tertiam partem calcis uiue misceantur cum parum uini uel aceti in modum paste in testa super carbone exiccetur & puluis inde factus cancro supponatur: cancrum corrodit mũdificat & currat. Ad apostema maturandum & rumpendũ & ad menstrua prouocandum folia uiridia cum oleo cocta cathaplasmentur super apostemata. & suppositorium inde factum prouocat menstrua. Serpentria habet quidem aliquid simile aaron tam in foliis q̃ in radice sed acrius est eo & amarius ideo magis calefactiuum. Et radix eius expurgat uiscera omnia grossos humores & fiscosos subtiliat: ideo uinum decoctionis eius & scolopendrie mundificat & aperit opilationes splenis & epatis & renum quia subtiliat humorem grossos. Pandecta. Sz albertus de uirtutibus herbarum dicit. serpentaria cum trifolio ĩhumata generat serpentes rubeos & uirides de quibus si fiat puluis & ponatur in lampade ardente uidebitur copia serpentũ.

SATIRION

¶ Satirion.i.testiculus uulpis est calidus & humidus i primo.habet folia similia foliis lilii albi & etiam in floribus cõuenit.& quod de ipsa ãministratur est radix que dulcis est.& i humiditate eius est inflatio superflua gratia cuius incitat ad libidinem.Et uinum decoctionis radicis eius incitat ad libidinem. Et radix eius elixata cum carnibus recentibus uel assata magis conuenit ad carnis libidinem.& Dyascorides dicit capitulo Orchis.i.satirion.quod si uir comedat maiorem partem radicis satirionis generat masculos . & si minorem partem genera feminam .

Et mulieres partium ytalie dant eam radicem tritam cum lacte caprino ad incitandum libidinem. Virtus etiam radicis eius est que resoluit apostemata inflata quando ponit super ea decoctio radicis cum oleo. Et eius succus cũ mel le rosarum mundificat ulcera sordida & apostemata fraudulenta putrida curat & erisipilam que est defedatio cutis uicõ sanguinis colerici. & in ipsa est stipticitas ideo retinet parum uentrem quando bibitur precipue alia eius species que simili modo apparet. sed illa species habet florem purpureum. & illa species trita cum sale aperit emoroidas. Et quando amministratur sicca prohibet dilatationem ulcerum & abscindit putredinem eorum & curat ulcera fraudulenta que sunt in ore. Sed est alia species satirionis que uocat palma xpi cuius folia sunt similia foliis prime speciei satirionis sed sunt graciliora cum nigris maculis que uenenis resistit quam si quis penes se habuerit a maleficiis & uenenis securus erit. Pandecta. Et illa species est calida & sicca in secundo. & est ei proprietas mundificandi cutem & confert membris neruosis. Pandecta auctoritate Auicenne.

SCICADOSCITRINVM

¶Scicadoſcitrinum eſt abſintheũ marinum calefacit in ſecundo gradu & deſiccat in tertio : hñs minutum ſemen ſimile ſemine herbe que dicitur abrotani. & eſt plena ſemine & habet folia ſtricta & nõ eſt ita amara ſicut abſintheũ & habet odorem grauem & non eſt tante ſtipticitatis ſicut abſintheum:ſed uirtus eius eſt diuerſa a uirtute abſinthei. nam eſt mala ſtomacho & occidit uermes in uentre pluſq̃ abſintheum quando apponitur extra & quando recipitur ab intra . Et quando ſumitur cum melle interficit uermes & ex expellit eos cum laxatione leni . & quando coquitur

cum lentibus & bibitur facit idem. Virtus etiam scicadoſci
trini eſt inſciſiua reſolutiua uentoſitatum. Et eius cinis cum
oleo eius uel oleo amigdalino linitus cõfert alopicie. & eius
oleum facit naſci barbam que tardatur. Et eius oleum pro
hibet herpoſtimenum & carcũculos. Item ad obtalmiam
ualet uapor decoctionis eius in aqua roſ & reſoluit eam.
Confert difficultati anhelitus uinum decoctionis eius. Itẽ
decoctio eius & abſinthei in aqua & exhibeatur cum parũ
mellis extrahit uermes & aſcarides & iterficit eas. Et uinũ
decoctionis eius cum arthemiſia & ſemine petroſilini pro-
uocat urinam & menſtrua. Et eius oleum confert frigori ri
goris febrilis pulſuum manuum & pedum ante oram rigo
ris inde ungendo. Idem oleum confert puncture ſcorpio-
nis aut aliorum animalium uenenoſorum. Item uinum de
coctionis eius & draganti ſpiritualia calefacit membra mi
ſcendo cum parum zucari propter eius amaritudinem. Idẽ
ualet contra ſtrangüriam & diſſuriam & ad opilationem
ſplenis & epatis addendo ſcolopendriam. Item cum infir-
mus ſurgit ab infirmitate ad neruorum confortatõm ualet
aqua decoctionis eius & lauendule.

SCICADOSARABICVM

¶ Scicadosarabicum est calidum & siccum in tertio gradu Pandecta. Sed ꝯm Io. mesue capitulo de scicadosarabico est calidum in primo & siccum in secundo. & est compositum ex partibus terreis frigidis dantibus ei stipticitatem paucam & ex partibus igneis subtilibus a quib⁹ insunt ei acuitas & amaritudo. sed acuitas plus est sua amaritudine & amaritudo plꝰ est stipticitate ipsius propter qd' est subtiliatiuum: resolutiuum: apitiuum opilationum: absterstiuũ & resolutiuum nature & est preseruatiuũ prohibens a putrefatione. & est ex parte stipticitatis pauce confortatiuus

cordis & cerebre & neruorum & uiscerum .Et prohibendum est habentib⁹ coleram in stomacho:conturbat enim eam inducens sitim & uomitum & est estuationez laboriosam.Et etiaz colericis obest.Et est ex debiliter soluentib⁹ propter quod miscendum est ei sal gēma aut mirabolani indi seu kebuli magnificant enim operationem ei⁹. Et scicados arabicum solutione educit melancoliam & flegma. mundificat cerebrum & neruos & membra sensuum & ꝓprie in egritudinibus capitis. Effusio florum scicados arabici scz.℥.ʒ.uel.℥.i.in aqua casei cum uuispassulis additis mirabolanis nigris uel kebulis.ʒ.ii. stet in fusione per noctem coletur & colature addatur dyaseniconis uel dyasene.ʒ.i.cassiʒfistule.ʒ.ii.misce & fiat haustus conueniens ꝓ solutione humorum ut supra.Et fomentatio facta ex eo & maiorana & spicaceltica cum aqua decoctionis eius : uel lotio capitis confert egritudinibus frigidis capitis.Et oleū scicados ara. confortat cerebrum & neruos & os calefacit & uiuificat.& euaporatio decoctionis ei⁹ aperit opilatiōes nariūm.Et uinum decoctionis ei⁹ & scolopendrie cū sqlla est medicina bona in opilatione splenis: epatis & uiscerum & est sedatiuum doloris lacertorum & neruorū & iunctu-rarum ꝗm omnem modum administrationis.Mesue.Serapio.

SPARGVS

¶ Spargus calide & ſicce complexionis. habet uirtem aperitiuam opilationum ſplenis & epatis & renum. & habet etiam uirtutem abſterſiuam & proprie ſemen eius & radix. Et quando decoquitur radix eius & bibitur decoctio ipſius confert ſtrangurie & ycterici & ſciatice paſſionibus in uino decoquendo. Et quando ex decoctione eius cum uino addito piretro fit mixtio & inde abluatur os cõfert contra dolorem dentium. Et quando elixatur una una elixatione ſeu ebulitione & comeditur mollit uentrem & prouocat urinam. & quando oquitur in uino

prodeſt decoctio eius morſui animalium uenenoſorum. Et ſemen eius quando bibitur facit operationes radicis. & dicitur ꝙ elixatura eius occidit canes. & dicunt aliqui ꝙ q̃ do cornua arietum ſepeliuntur in terra naſcuntur ide ſpargi. & propietas eius eſt remouere dolorem lumborum q̃ fit a flegmate & uentoſitate. & etiam remouet dolorem colice paſſionis. quia mollificat uẽtrem. & ſi homo utitur eo multum facit nauſeam. Radix & ſemen ſpargi ſunt diuretica modicum nutrimenti habentes & non bene digeruntur. Eſt etiam abſterſiue uirtutis nõ tamen caleſacit manifeſte neq; infrigidat ideo tamen renum q̃ epatis opilatiuus eſt magis ſemen & radices q̃ herba. Pandecta & Serapio. Et ſm Platearium ſpargus eſt calidus & ſiccus in tertio & ſemen & radix uſui medicine cõpetunt. & extremitates ſpargorum ante productionem ſeminis cum carnibus elixate. uel cum ſola aqua ualent contra opilationem ſplenis & epatis & contra ſtranguriam & diſſuriam. & ſimiliter cõtra dolorem ſtomachi & inteſtinorum & contra yliacam paſſionem. Item uniuerſaliter aqua decoctionis ſeminis eius ualet ad predicta. Et ſemen eius per annum ſeruatur.

SAVINA

¶ Sauina calida & ſicca in tertio gradu. ſolum folia medici ne competunt. Vinum decoctionis eius ualet contra dolo rem ſtomachi & inteſtinorum & yliace paſſionis & contra ſtranguriam. Et ſauina cocta cum ſemine aneti & foliis al- tee in uino & cathaplaſmata ſuper pectinem ualet contra ſtranguriam & diſſuriam. & inde prouocat urinam ſedan do dolores ueſice. Eſt enim ſauina dyaforetica & diuretica fomẽtatio ex ea facta ex aqua decoctionis eius uel uino ua let contra predicta ſcilicet prouocando urinã & menſtrua & ſecundinam educit decocta in oleo. & contra tenaſmon

ex frigida causa decoctio in uino & aceto cum taxobarbato miscendo & fiat eukacisma id est sessio super talem decoctionem & multum ualebit. Ponitur etiam sauina puluerizata cum sulphure & litargiro & succo lappacii acuti & parx axungie porci & fiat unguentum contra scabiez ulcerosam seu sauiosam Vapor etiam decoctionis sauine & bethonice in uino decoquendo prodest aduersus reuma frigidum per nares sumendo. Pandecta. Item uirtus etiam eius dissoluit & dispergit putredinem ulcerum putredoruz malorum corrodentium antiquorum. & succus eius cuz mel le mixtus mundificat ulcera melancolica sordida & aufert erisipilam. & propter causam sue subtilitatis prouocat menstrua plus omni alia medicina. Et eius usus nimi? facit migere sanguinem & interficit fetū uiuentem & expellit mortuum. Serapio. & folia eius contusa cū aceto prohibet dilatationem ulcerum corrodentium & sedat apostemata corrosiua. Et aqua decoctionis eius cum cerusa aufert liuorē cutis & aufert escaram factam ex igne.

SEMPERVIVA

¶Semperuiua est herba sic dicta quia semper uiridis. frigida est in tertio gradu cum siccitate pauca. Et uiridis est multe efficacie & in medicinis non ponitur exiccata. Virtutem habet infrigidandi & alterandi cathaplasmata cum aceto uel agresta mixta super membra multum calefacta & apostemata calida quia extinguit calorem extraneum & sedat dolorem factum ex causa calida cuiuslibet membri in principio applicando gratia repercussionis materiei licet postmodum absit inspissando materiam. Contra combustionem aque uel ignis fiat unguentum ex succo eius &

oleo ros & parum cere sed non debet poni in primis trib⁹ diebus sed calida ponantur ut fumositatis fiat euaporatio. unde prius inungamus sapone & similibus. post tertiuꝫ uero diem inungimus unguento ut supra ad liniendum. Iteꝫ succus semperuiue uel eius aqua confert fluxui sanguinis narium ungendo frontem: tempora & guttur & epar miscēdo parum sandali rubei. Et experimento habetur ꝙ multum ualet notanter fluxui narium prouenienti ex ebulitione sanguinis in iuuenibus & epate calefacto. Et sunt due species scilicet maior que ut plurimū nascitur in locis edificatis ex lateribus. quidam faciunt eam nasci in domibus suis supra tectū. Sed minor scꝫ uermicularis nascitur in muris & in locis petrosis. & substantia eius est aquosa & sapor eius stipticus. Confert etiam succus eius erisipile & apostematibus multum calidis que dilatantur in corpore. Item semperuiua cocta cum radice plantaginis posita supra podagram confert & sedat dolorem eius. Item succus cum aceto confert in plaga sancti antonii. Serapio.

SQ. VILLA

¶ Squilla est calida & sicca in tertio gradu & dicitur cepe muris quia mures interficit. Est enim com ˙osita ex igneis partibus in superficie dantibus ei acuitatis uehementiam & ex partibus terreis adustis dantibus ei amaritudinez & ex partib⁹ aereis dantibus ei de dulcedie aliquid. Est eniz inscisiua & ulceratiua: adustiua: resolutiua materierum. at tractiua ad exteriora. subtiliatiua partium grossarū & uiscosarū a putredie ꝓseruatiua. & rectificatuı cū assatiōe & prepat cū aceto ut materias grossas & adherētes submersas facile poterit expellere. & meli⁹ ē ꝙ cepa sqlle assetā uel

coquatur & postea amministretur & sic minuetur fortitudo & acuitas sue uirtutis & assata habet multa & maxima suuamenta. Et assatur inter prunas uel inuoluatur pasta uel luto in furno donec coquatur: deinde extrahatur. & acetum squilliticum sic fit: cepa squille scindatur in laminas & cum filo separatum affigantur & siccentur in umbra. xl diebus. post ea sumatur quantitas unius manipuli & ponatur in uase uitriaco & proiciatur desuper acetũ fortissimũ & ponatur in sole. xl. diebus. Et cum aceto squillitico fit ablutio oris & restringit gingiuas laxas & confirmat dentes cõmotos & aufert putredinem oris. & elixatura squille preperata cum melle in potu ãministrata fortificat trabeã arteriam & clarificat uocem & confert ad debilitatem stomachi & ad maliciam digestionis & opilationes eius & ad melancoliam & apoplexiam & epilentiam & frangit lapidẽ uesice & ꝓfert suffocationi matricis & apostematibus splenis & ad sciaticam & meliorat colorem & acuit uisum. & eius succus proiciatur ad aurem & confert grauitati auditus. Et uniuersaliter ualet omnib⁹ egritudinib⁹ corpis preterq̃ ulcerib⁹ intrinsecis. & confert in ydropisi & ycterície & strangurie & paralisi. Auicenna. Pandecta. Serapio.

SAMBVCVS

¶Sambucus est calidus & siccus in trrtio gradu:est quod dam diureticam id est aperitiuum & dyaforeticum.i.sudo ris prouocatiuum. Folia sambuci humida non sicca quãdo contusa cum aceto & sale ponuntur super empetiginẽ id est malam spetiem scabiei & pannum faciei multum cõ fert & resoluit omnem superfluitatem cutis. Idem aqua de coctionis eius cũm cerusa & odor'florum sambuci indu cit sodam.i.dolorem capitis illorum qui sunt calide cõple xionis.& si tales odorent nimium de eo incurrunt fluxum sanguinis narium. Et uinum decoctionis eiꝰ & lauendule

confert in catarro & omnibus abundantibus flegmate salso & senibus frigide complexionis & confert doloribus q̃ fiunt ex flegmate uiscoso. folia uel flores sambuci & folia altee cum uino cocta & emplastrata prodest. Et oleuꝫ florum sambuci confert egritudinibus frigidis in neruis. & odor eius licet causet dolorem capitis uerũtamen cum hoc resoluit sodam factam a flegmate quando odoratur. & facit possidere rubedinem in facie multitudo odoramẽti eiꝰ. Et folia eius quando coquuntur cum aliis oleribus laxat flegma. Similiter sumitates ramorum elige & comeste faciunt. Radix uero eius per se uel cum radice ebuli in uino cocta & datur ydropicis miro modo confert. Et quando coquitur in aqua cum arthemisia & fiat eukacisma in quo sedet mulier laxat duriciem matricis & dilatat orificium eius & mundificat eam & secundinam expellit. & est bonũ combustioni ignis & morsui canis succus eius. Et succus eius denigrat capillos & conglutinat ulcera concaua & fistulas. & ex succo eius & sepo ircino addito succo altee cõfert podagre. & succus eius imissus auri sedat tinitum eiꝰ & occidit uermes in eis. Serapio. Pandecta.

SALIX

¶Salix est frigide & sicce complexionis in primo gradu. Virtus foliorum & corticum & fructus sa'icis & succi ei⁹ est stiptica. Et quando bibuntur folia ei⁹ cum uino & pipere conferunt colice passioni. Et quando sumitur aqua decoctionis ei⁹ prohibet impregnationem. Et aqua decoctionis fructus ei⁹ confert sputo sanguinis qñ bibitur. Et cortex ei⁹ similiter hoc facit. Et decoctio ei⁹ administrata super pedes podagricorꝝ cõfert eis multũ. Idẽ mundificat furfures capitis lixiuium inde factum. Et aqua seu humiditas reperta itra corticem abstergit oculũ & aufert tene-

brositatem eius. Item succus salicis glutinat uulnera recē-
tia. Et succus eius confert fluxui sanguinis. Item cinis sali-
cis scꝫ corticis eius est exiccatiuus multum in omnibus i
quibus medicus indiget exiccatione. Item succus eius cuꝫ
aqua plantaginis multum confert in dissinteria. Et succus
foliorum salicis cum accto remouet uerucas & nodos &
pustulas in corpore genitas. Item succus eius confert i do
lore auris. & uirtus fructᵒ & foliorum est stiptica sine pū
ctione & desiccat exiccatione occulta. Et ex aqua decotio-
nis foliorum salicis & corticum eius & plantaginis cuꝫ bo
loarmeno fit clistere illi qui egerit sanguinem & succus eiᵒ
mittitur in aures ex quibus emittitur sanies. & succus eius
consolidat & conglutinat ulcera magna. & operatio in hiis
rebᵒ est fortior quando bibitur cum uino stiptico nigro.
& quando ex foliis recentibᵒ eiᵒ solis fit emplastrum con
fert fluxui sanguinis undecūq; exeat. Et succus foliorum
eiᵒ cum aqua endiuie cum parum ꝫucari albi ualet contra
calorem febrilem in potu exhibitus. Item aqua eiᵒ ualet
contra yctericiam & opilationem epatis. Item folia eiᵒ in
cubili sparsa febricitantes refrigerant. Auicenna. Serapio.

SAXIFRAGA

¶ Saxifraga calida & ſicca in tertio. ſic dicitur. quia ſaxum frangit. Virtutem habet diureticam & diſſolutiuam. lapidem frangit in renibus & ueſica. Valet etiam contra ſtranguriam & diſſuriam & uitium lapidis. Vinum decoctiõis ſaxifrage & ſeminis feniculi. petroſilini. miliiſolis confert multum talibus diſcraſiis iam dictis. Idem ualet cõtra colicam & yliacam paſſiones. Et puluis ſaxifrage in ouo ſorbili exhibitus ualet ad idem. Vel detur ſequens potus qui maioris eſt efficatie aduerſus predictas diſcraſias. R. ſaxifrage. ſcabioſe. catapucie añ. m. i. floru3 boraginis uiolar

uuarum passularum añ.℥.ſ.ſeminum feniculi petroſilini apii miliiſolis & aniſi liquiricie añ.ʒ.ii.omnia confundant & buliantur in duabus ℔.aque fontalis ad conſumationē tertie partis & colatum dulcoretur cum ſufficienti ʒucaro albo & fiat potus mane & ſero ſumendus pro qualibet uice in quantitate medii ciphi tepide ſumēdo.quo potu cō ſumpto ſequens euformatum exhibeatur circa mediuʒ noctis.Recipe benedicte laxatiue dyafenicōis añ.ʒ.ii.caſſie extracte.℥.ſ.miſce cum decoctione communi & fiat hauſtus.poſtea ſumatur electuarium ducis uel dyaciminum pro conſortatiuis & ſuper inteſtina doloroſa ungatur unguentum dyaltee & miro modo conferre habet. Iteʒ uinū decoctionis ſaxifrage & florum tamariſci confert multuʒ aduerſus opilationem ſplenis & epatis.Item uinum decoctionis ſaxifrage & radic. feniculi & eſule necnon hermodattuli añ.ʒ.ii.poſt coletur & de tali colatura mixta cum parum ʒucari detur patienti in mane ſtomacho ieiuno exiſtente & confert aduerſus ydropiſim ex frigida cauſa.



SCOLOPENDRIA

¶ Scolopendria calida eſt in primo & ſicca in ſecundo gradu. Virtutem habet incidendi & reſoluendi duriciem ſplenis. Et ſcolopendria ſtipticitate cum amaritudine participat. quapropter confert ſpleni bibita cum aceto. Vel uinũ decoctionis eius confert ad idem addito tamariſco de quo potetur quadraginta diebus reſoluit & extenuat ſplenem. Et hec herba creſcit in muris & fontibus in locis petroſis Et folia ſcolopendrie cum foliis altee in uino cocta & cathaplaſmata ſuper ſplenem & confert debilitati eius. Et uinum decoctionis ſcolopendrie & petroſilini confert

distillationi urine. Et uinum decoctionis eius cum menta confert singultui. Et uinum decoctionis eius cum endiuia prodest yctericie. Et uinum decoctionis eius & saxifrage bibitum frangit lapidem uesice & renum. Et putant quidã q̃ ipsa prohibet impregnationem si suspenditur sola ad colum mulieris. Et oximel factum ex oximelle & aceto decoctionis scolopendrie magnifice confer opilationi splenis & yctericie & singultui. Et hec herba nascitur in muris edificorum & in petris. Et non habet stipitem neq; florem neq; semen. & folia eius sunt sicut folia polipodii. & pars eius iferior est quasi rubea & pars superior uiridis. Et substantia eius est subtilis. & uirtus eius prima est calida. & secunda uirtus est que incidit & resoluit. & tertia uirtus ẽ que frangit lapidem & resoluit duriciez splenis. Et ex puluere scolopendrie & puluere tamarisci eiusdem ponderis sc3.3.i. & cinamomi.3.s. & puluueris sene.ʒ.i. mutuo miscentur cum duabus uncis zucari albi in modum tragee & utatur in cibis confert ad singula predicta. Auicenna. Serapio. Pandecta.

SCABIOSA

¶ Scabiosa calida est & sicca in secundo gradu. ualet contra scabiem. Succus eius cum sulphure & litargiro & oleo lauri fit unguentum contra scabiem. Et idem unguentum addito puluere abrotani confert alopicie. Et succus eius lumbricos necat & eo magis quando cum succo absinthei & parum mellis miscetur & potui exhibeatur. Vel fiat cathaplasma super uentrem ex foliis decoctionis eius & abrotani & absinthei cum melle & aceto misceudo. Et decoctio totius herbe in uino confert ad emoroidas constringendas. Dicitur ꝙ sanctus Vrbanus ad petitionem

cuiusdā sororis sue anhelantis super scabiose uirtutes quo niam ipse utebatur continue misit sibi super petitionem in fra scriptos uersus. Vrbanus pro se nescit preciū scabiose. Nam purgat pectus qd' comprimis erga senectus. Lenit pulmonem purgat laterum regionem. Apostema frangit si locum bibita tangit. Tribus uncta foris antra:em liberat horis. Ex illo habetur ꝙ scabiosa est herba magne uirtutis. quia confert pectoris uitio flegmatis ibidem peccantis & precipue senibus confert in pectore discrasiatis. Similiter eius succus cum liquiricia lenit pulmonem & dolores laterum sedat. Et aqua decoctionis eius & betonice cum parum zucari bibita apostema dissoluit. Et similiter emplastrata scabiosa cum plantagine in aceto & aqua rosarū decocta super antracem aut alia apostemata ignita applicata liberat patientem ad aliquas horas a tali discrasia. Itē balneum decoctionis scabiose & taxibarbati sup tales herbas sedendo cofert ad exitum ani & ad restringendū emoroidas. Pandecta. Platearius.

CXL

SALVIA

¶ Saluia est calide & sicce complexionis. Succus saluie & succus herbe paralisis cum oleo castorii ualet ad membra neruosa & ualet in paralisi ungendo loca & membra paraliticata. Ad idem confert uinum decoctionis saluie & rorismarini & herbe paralisi proprie schlusselblōmē. Et aqua saluie ualet in tremore manuum. unde lauentur manus cū aqua saluie. Item succus saluie confert ad confortandum gingiuas os abluendo cum parum mellis rosati miscendo Et saluia in cibis comesta confortat stomachum. Et uinum decoctionis saluie & petrosilini aperit uiam urinarū.

Item caputpurgium factum ex succo saluie cui misceatur piretrum istud maxime educit flegma de capite. Decoctio foliorum saluie & ramorum eius & arthemisie quando bibitur prouocat urinam & menstrua & expellit fetum. Et succus saluie confert morsui uenenoso. Et succus saluie denigrat capillos liniendo eos cum succo. & confert apostematibus. & abscindit fluxum sanguinis. & mundificat ulcera fraudulenta. Et decoctio saluie in aqua cum parũ mellis rosarum cum qua abluantur genitalia uirorum & mulierum sedat ipsorum membrorum pruritum. Virtus saluie est diuretica. i. aperitiua: menstruis imperat. aborsum facit & sanguinem ex uulneribus fluentem stringit. sordida uulnera purgat. Vinum decoctionis eius confert paraliticis & cathaplasmatum super partem paraliticatam. Et dicunt magni de saluia ꝙ ipsa putrefacta sub fimo generatur auis quedam habens caudam serpentinam & albam de cuius cinere si ponatur in lampade apparet ꝙ domus sit plena serpentibus. Pandecta. Idem dicit Albertus de uirtutibus herbarum.

SPICANARDI

¶ Spice tres ſunt ſpeties. quedam eſt ſpicanardi que etiam aromatica dicitur. & eſt calida i primo & ſicca in ſecundo gradu. Et alia eſt ſpica romana & dicitur celtica. Et ē alia montana. Hic intelligitur ſpicanardi. cuius ſubſtantia eſt compoſita ex tribus ſubſtantiis. una earum eſt uirtus ſtiptica. & ſecunda eſt acuta non nimis. tertia declinat parum ad amaritudinem. Et uinum decoctionis ſpice bibita urinas mouet & mordicationem ſtomachi ſanat. & fluxuz uētris ſiccat. & caput conſortat. confert epati & ori ſtomachi Et uirtus ſpicenardi eſt abſterſiua autoritate Serapionis.

& confert epati & ori ſtomachi. & quando bibitur & poni tur extra prouocat urinam & deſiccat humores qui adue niunt ad inteſtina. & confert humoribus qui congregantur in capite & pectore. & fortior ſpetierum ſpice in hoc eſt in/ dica de qua nunc loquimur. Et idem autoritate Dyaſcori/ de. Virtus ſpicenardi eſt calida & ſicca & prouocat urinã & propter hoc quando bibitur ſtringit uentrem. Et quan/ do fit ex eo naſtale ſiue peſſarium cum mũmia & parum olei roſarum ſtringit menſtrua & deſiccat humiditates q̃ currunt ad collum matricis. & quando bibitur cum aqua frigida ſedat ſincopim & confert cordiace paſſioni & inflã/ mationibus epatis & yctericie & egritudinibus renuꝫ. Et quando decoquitur in aqua & ſedet in ea mulier confert a/ poſtematibus calidis que fiunt in matrice. Et confert talis ſpica caſui capillorum & palpebrarum propter eius ſtip/ticitatem & facit ipſos pilos naſci. & confert medicinis ocu lorum ſcꝫ puluis ſpice cum puluere thucie miſceatur in a qua roſ & fiat colirium. Contra debilitatem cerebri appli cetur ſpica naribus. & contra ſorditateꝫ ex frigida cauſa ua let oleum de ſpica. Et uinum decoctionis ſpice confert cõ/ tra opilationem ſplenis & epatis. Et oleũ de ſpica optimũ eſt paralitticis & arteticis. Auicenna. Serapio.

SPICACELTICA

¶ Spicaceltica est spica romana que nascitur in siria. & est calide & sicce complexionis. & est planta habens folia lõga cuius color uergit ad rubedinem. Et flos est citrinus. & melior ex ea est recens boni odoris multarum radicum non facile frangibilis. & quod de ipsa amministratur est radix eius & stipites & flores. quia in eis est bonitas odoris & ipsa euellitur cum radicibus & fiunt fasciculi plene manus. Et uinum decoctionis eius prouocat urinam & multum confert stomacho quando bibitur cum decoctione absinthei. Et aqua decoctionis eius confert apostematibus

calidis epatis & yctericie & inflammationi stomachi. Et quando bibitur cum uino confert apostematibus splenis & dolori uentris & uesice & renum. & acetus decoctionis eius confert morsibus uenenosorum animalium. Et proprietas eius est q̃ retinet menstrua superflua quãdo sumitur in potu. Et ꝯm dyascoridem eius uirt̃ est diuretica & prodest iecoris tumori. & yctericis confert aqua decoctionis eius & absinthei. Et spleni uesice & renibus medetur. Sed & morsibus uenenatis cum uino data opitulatur. Et spica celtica ingreditur in confectionibus ungentorus calidorum. Et omnes species spice cum bibuntur cum uino conferunt spleni. Et omnes spice prouocant urinam & prohibent omnia apostemata matricis sedendo in decoctione earum. & conferunt doloribus renum & prohibent cursũ materierum ad intestina & habent proprietatem in retinẽdo fluxum superfluum matricis. Et spica celtica est calidior spica montana & est in uirtute similis spice montane nisi quia prouocat plus urinam & confert magis stomacho. Serapio. Pandecta.

SERPILLVM

¶ Serpillum calefacit & desiccat in tertio gradu. Et dicitur serpillum: quia serpit super terram. Et est serpillus domesticum & aliud silueſtre. Domesticum ramos diffundit super terram. silueſtre in longum crescit. Serpillum prouocat menstrua & urinam quando sumitur in potu. Et idem confert torsionibus uentris & attritionibus musculorum & apostematibus epatis calidis. & est bonum contra nocumentum uenenorum quando bibitur. Et fit emplastrũ supra morsum animalium uenenosorum. Et quando serpillum coquitur cum aceto & parũ olei ros & proicitur sup

caput ſedat ſodam id eſt dolorem capitis:& eſt conueniēs proprie litargie & frenaſi. Et quando ſumitur acetum decoctionis eius in potu ſedat uomitum ſanguinis. Et uinuz decoctionis eius in potu exhibitum confert contra ſincopi & contra diſtilationem urine ſcz contra ſtranguriaz & diſſuriam.& confert lapidi renum & ueſice. Et emplaſtrū ex eo cum aceto factum ualet contra puncturam apum & aperit opilationes uiarum urine.& de eo bibitum tumorez epatis compeſcit. Item emoptoicis mederi dicitur acetum eius decoctionis datum. Pandecta & Auicenna dicit. quando pecudes de ſerpillo paſcuntur facit emulgere ſanguinē Et decoctio ſerpilli cum radice yreos cum zucaro penidii dulcorata extrahit hūiditates uiſcoſas a pectore & pulmone. Et confert conturbationi ſtomachi & nauſee & prouocat menſtrua & urinaz fortiter. quia uirtus eius eſt ſubtiliatiua & reſolutiua & aperitiua. quia aperit opilatiōes narium. Et folia & flores medicine competunt que in olla caleſacta & in ſacculo poſita & capiti exhibito ualet contra frididum reuma. Et uinum decoctionis eius cum ſucco liquiricie ualet contra tuſſim. Et uinum decoctionis eiꝰ cū aniſo ualet contra dolorem ſtomachi ex uētoſitate. Platearius. Pandecta. Serapio.

TAXVSBARABTVS

¶ Taxusbarbatus est frigide & sicce complexionis. Et duo sunt eius genera scilicet masculus & femina. Vna est masculus & est alba. & alia est femina & est nigra. Masculus autem habet folia oblonga & angusta & hastá tenuē & semen tenue. Femina uero habet folia cauliculo similia sed asperiora & latiora & hastam longam unius cubiti albam & asperam flores uirides & albos & semen nigrum. Radix est dura grossitudinem pollicis habens & nascitur in campis. Item radices ois generis sunt stiptice. fluxum uentris cum uino stringit. Elixatura earum bibita cōquassationes

& dolores laterum tollit. tussim mitigat. uinum decoctio/
nis eius cum succo liquiricie miscendo. & dolorem dentiũ
compescit succus eius cum piretro os inde abluendo uel
gargarizando. & folia eius cocta in aqua & cathaplasma
ta super duricies & tumores oculorum conferunt. Et ma/
ligna uulnera succus eius melle & uino mixtus ad sanitatẽ
perducit. Aceto uero mixto uulneribus recentibus singu/
lare presidium est. Et succus taxibarbati punctũ scorpio/
nis mitigat. Et folia contrita cum aceto conbustioni opitu
lantur. Radix fluxibiles passiones iuuat. Quidam gargari
zant radicis decoctionem cum aceto & piretro addito ad
dentium dolorem. Folia uero dyaforetice sunt uirtutis cũ
decoquantur cum calamento in uino & cathaplasmentur
super stomachum. Decoctio etiam florum taxibarbati ca
pillos purificat. Fomentatio etiam facta ex uino decoctio
nis eius ualet contra emoroidas fluentes. Ad idem ualet si
anus ex uino decoctionis eius tergatur post assellationem
Valet etiam ad tenasmonem eukacisma ex aqua decoctio/
nis eius & arthemisie. Pandecta platearius ꝛc.

TORMENTILLA

¶ Tormentilla est herba similis pentaffilomi : nisi quia habet septem folia utraq; pilosa. Cui⁹ radix rubea & tortuosa similiter galange sed non habet acumen flos eius rube⁹ Et ipsa iudicatur frigida & sicca in tertio. & habet uirtutes consolidandi & confortandi conceptum. Puluis eius cum puluere yreos super uulnera spersa consolidat ea. Et uinũ decoctionis radicis tormentille & spice bibitum multum facit ad conceptionem. Et similiter fomentatio facta ex foliis tormentille & mellisse & taxibarbati in uino ad sex uel ad septem dies desuper sedendo notanter post purgationes

confert ad conceptionem. Et ualet ad suriam & dissuriam cum uiuo decoctionis eius. Ad constringendus menstrua fiat fomentum ex aqua pluuiali decoctionis pulueris eius. Vel ex duabus partibus tormentille & una parte spice cũ melle miscendo & super uentrem ungatur iuuat ad conceptionem. Et puluis tormentille & liniatur cornu ceruini cum parum zucari albi in modũ targee in uino datus multum confert ad conceptionem. Item puluis tormentille cũ albumine oui coquatur super tegulam & detur patiẽti cõfert contra uomitum & debilitate stomachi. Et tormentilla ualet contra tenebrositatem oculorum coquatur in uino & cum thucia in lapide calaminari trita & colatum exhibeatur. Idem ualet ad lipotomiam & in obtalmia & rubore oculorum. & aqua tormentille ualet ad idem. Item puluis eius ualet ad cancrum & contra uenenum animale aut pestilenciale ab intra sumptus cũ aqua acetose. Pandecta.



VIOLA

¶ Viola frigida est & humida in primo gradu. De floribus uiolarum fit sirupus & zucarum uiolarum & oleum uiolarum. Et sirupus uiolarum fit sic. flores uiolarum coquãtur in aqua & ex colatura & zucaro fit sirupus. uel ex succo florum uiolarum & zucaro fit sirup' uiolarũ. Vel flores uiolarum dimittantur in aqua tepida per noctem ex cuius colatura & zucaro fit sirupus uiolarum. Sz ex uiolarum succo & zucaro melior fit sirupus. Et oleũ uiolarum fit per decoctionem florum uiolarum in oleo oliue & ei' colatura dicit oleũ uiolarum. Et inunctio olei uiolarũ exterius facta sup epar

confert contra calefactionem epatis. Vntio etiam facta sup tempora & frontem dolorem capitis ex calore factum remouet & somnum inducit. Sirupus ergo uiolarum uirtutem habet leniendi infrigidandi humectandi: ideo ualet in febribus acutis notanter in terciana continua seu interpellata. Et zucarum uiolarum fit eo modo quo fit zucarorosarum ut puta succus uiolarum misceatur cum zucaro albo. Vel folia florum uiolarum minutum iscisa cum zucaro albo mixta & soli presentetur i uitro albo p dies. xl. pro ipsius fermentatione. Item uiole contrite siue ipsa herba applicatum super calidum apostema confert in principio. Fomentatio etiam facta ex decoctiõe ipsius herbe uiolarie & super pedes & frontem applicata somnum inducit in acutis febribus. Flores uel folia uiolarum comesta cuz boragine & lactuca cum carnibus recentibus elixata conflignt in afflictione febrili. Decoctio etiam uiolarum bona est scabiei loco scabioso applicata. Et odor florum uiolarum uel succus earuz fronti illinitus sedat sodam siue dolorem capitis ex causa calida. Et decoctio earum cum zucaro penidii confert tussi calide & linit pectus & confert in pleuresi & peripulmonia. Et idem ualet inflationi stomachi. Et sirupus uiolarum confert dolori renum & prouocat urinam & soluendo educit coleram. Auicenna. Platearius. Serapio.

VIRGAPASTORIS

¶ Virgapastoris: eius uirtus infrigidat & desiccat in principio tertii gradus. Et radix eius desiccat in secūdo gradu Et sunt due speties scilicet masculus & femina. Succus ei' mixtus cum litargiro curat seissuras ani & fistulas & emoroidas interriores. Et uermes que in capite huius plante inueniuntur in curio ligati & collo suspensi dicuntur febrez quartanam penitus curare. Et uirgapastoris habet uirtutem repercutiendi & incarnandi. & confert inflāmationi oris stomachi quando sez apponitur extra contriti cum aq̄ rosarū. Et idem confert apostemati quod erisipile appelat

& apostematibus antiquis. & idem repercutit & prohibet humores qui fiunt ad membra. Et est ex melioribus medicinis erisipile quando dilatatur & quãdo extenditur ambulans de membro ad membrum. & confert ulceribus aliis ad que fluunt humores. Et succus eius ꝓglutinat uulnera recentia cum suo sanguine. Et confert ulceribus auris. & si est in ea sanies desiccat eam. Et abscindit fluxum menstruorum imoderatum fomentatio facta ex uirgapastoris & arnoglossa cõtusis & matrici applicatis. Et decoctio eius cum boloarmeno in potu datacurat ulcerationem intestinorum & sputum sanguinis. & sistit fluxũ humorum undecũq; fluunt cum succo plantaginis miscendo. Idem confert fluxui sanguinis antiquo uicio colore. & decoctio eius cum uino confert distillatione urine quia ꝓuocat urinam prouocatione forti. & quando idem bibit in febribus perioticis ante accessionem peroxismi per horam confert multum. Idem ualet in morsibus uenenosis. & succus eius confert in fistula matricis. Pandecta Serapio.

CXLVIII

VRTICA

¶ Vrtica & ſemen eius ſunt calida in principio tertii & ſicca in ſecundo. & ſemen eſt minoris ſiccitatis q̃ ipſa herba. & uirtus urtice eſt ulceratiua. attractiua. reſolutiua & uirtute aduſtiua. & in ipſa etiam eſt uirtus aperitiua & abſterſiua fortis. Vrtica cum raffano cocta & farina ſeminis lini diſrumpit apoſtemata maturationi propinqua. & cinis cóbuſtionis eius confert in cancro. & cinis talis cum ſale mixtus prodeſt ulceribus que accidunt a morſura canum & ulceribus malignis & cancro. Et emplaſtrum ex ea & ſale factum ualet contritioni neruorum. Et folia urtice con/

trita abſcindunt fluxum ſanguinis narium. Et ſemen eius contritum & nar ribus inflatum aperit opilationem colatorii fortiter. Quando bibitur ſemen tritum cũ aqua ordei mundificat pectus educendo humores groſſos. Et ſemen eius in uino coctum exitat cotium. Vel puluis ſeminis urtice in ouo ſorbili ſumptus ualet ad idem. Aperit etiã orificum matricis matricis ut matrix recipiat ſperma. Et ſimiliter ſi comedatur cum cepis & ouis idem facit. Et quando ſupponitur cuꝫ mirra prouocat menſtrua & aperit matricem. Et ſimiliter quando bibitur eius decoctio cum parũ mirre. uel folia urtice contrita cum mirra & parum uini ĩ modum emplaſtri confert aperiendo matriceꝫ quando ei applicatur ſoluendo educit flegma & humorem crudum ſua abſterſione non cum uirtute ſolutiua que fit ĩ ipſa urtica. Et oleum urtice confert ad idem. & confert etiam ad membra paraliticata ungendo ea. & ſuppoſitoria facta ex melle & puluere urtice ſoluunt. Et urtica habet ĩ ſe aliqd' uẽtoſitatẽ ad luxuriam prouocandũ maxime ſi cum ſapa bibitur .i. uino dulci. Auicenna. pandecta. Serapio.

VALERIANA

¶ Valeriana est calida in secundo gradu. sicca in fine eius. Et uirtus eius assimilatur uirtuti spicenardi. Et multi ualerianam nardum agrestē appellant. & radix eius in medicina ponitur. Virtutem habet diureticam. Dyascorides dicit. fu. i. ualeriana feruentis est uirtutis inictualis in prouocando urinam. Vinum decoctionis eius cum semine feniculi & apii multum prouocat urinam. Et eius elixatura mitigat lateris dolorem & incitat ad prouocationem menstruorum. Confert etiam contra stranguriam & dissuriaz Detur uinum decoctionis eius addita radice petrosilini.

Valeriana etiam cum uino cocta cum apio & emplastrata pectini prouocat urinam. & uinum decoctionis eius cõforiat digestiuam. & cõfert dolori stomachi ex frigida cã & uinum decoctionis ualeriane & masticis & amente ẽ maioris efficatie in confortando uirtutem digestiuam & in pacificando dolorem stomachi. Contra uitium pectoris & frigiũa causa detur uinuʒ decoctionis ualeriane & radicis yreos & liquiricie & draganti & multum ualebit inscidendo & eradicando humorem crudum & fiscosum pee uiã screatus. Idem confert contra tussiʒ siccam ex frigida causa. Et ad superfluitatem matricis desiccandam fiat fomentum ex aqua decoctionis ualeriane & arthemisie. Contra opilationem splenis & epatis ex frigida causa. Vinuʒ decoctionis ualeriane & florum tamarisci in potu detur. Pandecta. Dyascorides. Auicenna.



VSNEA

¶ Vsnea est res nascens super arborem quercus uel nucis uel super lapides. Et melius horum est qd reperitur sup arborem nucum & quod est magis odoriferum & albidioris coloris. & peius ea est que ad nigredinem estendens. sapor eius est stipticus temperate. & uirtus eius est que non infrigidat frigiditate forti. sed prope tepiditatem. Et uirt' alia est que resoluit & mollificat & proprie illud qd est super arborem nucum. Et estimauerunt quidam q̃ est calida in primo gradu & sicca in scdo gradu qd. Pan. inuit in cap. de usnea auctoritate Auicenne. ubi dicit usoeã cor

confortare.qd' idem uult. Auicenna de uiribus cordis. Et uinũ decoctionis eius & artheme ſie confert doloribus matricis. Et quando mulieris ſedent in decoctione eius cõfert multum in dolore matricis. & idẽ facit fomentatio ex ea facta. Et decoctio uſnee & herbe paliſis proprie ſchluſſel blomen cum oleo de caſtoreo uel lini multum confert in paraliſi & artetica paſſionibus. Et quando infunditur aliquot diebus in uino facit iſtud uinum ũormire dormitiõe forti. Et quando infunditur in uino ſtiptico confert ſtomacho & curat fluxum uentis & abſcindit uomitum. & aromat ichum eſt. aperit opilationes & ſtringit carnes moliſicatas & linitur ſuper apoſtemata calida & ſedat eorum inflãmationẽ & reſoluit duricies iũcturarum. Et uinum decoctionis eius abſtergit uiſum. Et confert tremori cordis & dolori epatis & confert dolori matricis & prouocat mẽſtrua. Pandecta. Auicenna. Serapio.

¶Finiunt Liber uocatur herbolarium de uirtutibus herbarum. Impreſſum Vincẽciæ per Magiſtrum Leonardum de Baſilea & Guilielmum de papia Socios. Anno ſalutis .M.cccclxxxxi.die.xxvii.meñ.Octob.

Deo. Gratias.

¶ Particula ſecunda De ſimplicibus laxatiuis liniti uis ſeu lubricatiuis ſuperioribus antiquis deſeruientibus.

Cap.i.de aloepatico.
Secundum.de agarico.
Tertio.de coloquintida.
Quarto de caſſiafiſtula.
Quinto.de euſorbio.
Sexto.de emblicis kebulis mirabolonis citrinis.
Septimum.de manna.
Octauũ. de reubarbaro.
Nonum de ſcammonea.
Decimum.de ſene.
Vndecimũ. de tamarindis
Duodecimũ.de zucaro.

¶ Tertia particula de ſpeciebus aromaticis conſortatiuis & aliis conſimilib' conſortatiuis.

Cap.xiii.de cinamomo.
xiiii.de cardamomo.
xv.de croco.
xvi.de calamo aromatico.
xvii.de garioffilis.
xviii.de galanga.
xix.de genciana.
xx.de liquiricia.
xxi.de macibus.
xxii.de nuce muſcata.
xxiii.de pipere.
xxiiii.de reupontico.
xxv.de ſandalo albo: citrino & rubeo
xxvi. de tamariſco.
xxvii.de uiſco.
xxviii.de zincibere.

¶ Quarta particula d̃ fructibus & ſeminibus herbarum & ortis ab eis.

Cap.xxix. De amigdalis dulcibus & amaris.
xxx.de citoniis & piris.
xxxi.de caparis.
xxxii.de caſtaneis.
xxxiii.de ficubus & pineis & uuiſpaſſulis.
xxxiiii.de iuiubis & ſebſtẽ
xxxv.de brunis.
xxxvi.de aniſo.
xxxvii.de baccis lauris.
xxxviii.de cubebis.
xxxix.de carui.
xl.de fabis.
xli.de fenugreco.
xlii.de ſemine lini.
xliii.de lupinis.
xliiii.de milio.
xlv. de nucis & auellanis.
xlvi de ordeo.
xlvii.de orobo.
xlviii.de oliuis & oleo oliuarum.
xlix.de pomis granatis.

L. de uino & aceto.
¶ Quinta particula de gũmis & aliis uerisimilibus.
Li. de camphora.
Lii. de draganto.
Liii. de gummi arabico.
Liiii. de laudano.
Lv. de mastice.
Lvi. de mirra.
Lvii. de pice.
Lviii. de resina.
Lix. de storace sicca & humida.
Lx. de serpentina.
¶ Sexta particula de generibus salis & mineris terre & lapidibus.
Lxi. de albumine.
Lxii. de argento uiuo.
Lxiii. de bolarmeno.
Lxiiii. de ceruſa.
Lxv. de calceuiua.
Lxvi. de corallis rubeis & albis.
Lxvii. de emantite.
Lxviii. de litargiro.
Lxix. de lapide lazuli.
Lxx. de perilis.
Lxxi. de sulphure.
Lxxii. de sale communi.
Lxxiii de tartaro.
Lxxiiii. de thucia.
Lxxv. de uitriolo.
Lxxvi. de uiridi eris.
¶ Septima particula đ animalibus & ortis ab eis.
Lxxvii. de aneta & ansere.
Lxxviii. de bobus.
Lxxix. de capris.
Lxxx. de cancris.
Lxxxi. de columbis.
Lxxxii. de castorio.
Lxxxiii. de ceruo.
Lxxxiiii. de hedis.
Lxxxv. de lepore.
Lxxxvi. de porcis
Lxxxvii. de uitulis.
Lxxxviii. de uulpe.
Lxxxix. de butiro.
xc. de coagulo.
xci. de caseo.
xcii. de cera.
xciii. de lacte.
xciiii. de melle.
xcv. de spodio.
xcvi. de sapone.

Finis.

Del Sig.re Pietro Paracci

All'Leone

MDCXLVIII.

Telluris si forti uelis cognoscere cultus,
Virgilium legito; si magis nosse laboras
Herbarum uires ~~herbo~~ Macer tibi carmine dicit
Si Romana cupis, et Punica noscere bella
Lucanum quaeras, qui Martis prelia dixit. Cat.

Maledictus homo, qui confidit in homine

¶Capitulum primum.

Loepaticum calidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu. & fit ex ſucco cuiuſdaꝫ herbe que ſimili modo appellatur. Et ſũt tria genera ſcꝫ cico citrinum epaticum & caballinum. Optimum aloe dicitur citrinum & diſcernitur ex citrino colore ſeu ruo. & precipue cum frangitur apparet crocei coloris. Epaticum autem colori epatis aſſimilatur .i. ſubnigrum & citrinum. & habet foramina & obſcuram ſubſtantiaꝫ. Caballinum autem nigrũ eſt & amariſſimaꝫ & feculentam habꝫ ſubſtantiam & horribilem odorẽ. Aloe uirtutẽ habet purgandi flegma & coleram & mũdificãdi melancoliã. Habꝫ etiam uirtutem confortandi omnia membra neruoſa. unde ualet contra ſuperfluitatem humoꝝ frigidoꝝ in ſtomacho contentorum quẽ confortat & ipſuꝫ caput a dolore preſeruat qui ex groſſo uentoſitate ſtomachi cauſatur. Viſuꝫ clarificat cum aqua roſarum miſcendo. opilationeꝫ ſplenis & epatis aperit. menſtrua prouocat. ulcerationem uirge conſolidat & ſcabiem curat. Et ualet contra ydropiſim ex cauſa frigida. Detur aloe. ʒ. i. & maſticis. ʒ. ß. cum ſucco abſinthei in ebdomada bis in mane amminiſtrando. Iteꝫ puluis eius cum melle datus lumbricos interficit. Platearius.

Cap. ii.

Agaricus calidus eſt in ſecundo: ſiccus in tertio.

a Et agaricus eſt fungus qui circa radicẽ abietis creſcit. & ſunt due ſpecies. Aliud eſt maſculinũ. aliud femininum. Femininum eſt melius & habet formam rotũdam & cum deſiccatur fit albiſſimum. Maſculinum habet formam oblongam & non adeo album. Et agaricus principaliter purgat flegma ſecundario melancoliam. Et ualet contra quotidianam ex flegmate. Detur agaricus in quantitate duaꝝ dragmaꝝ cũ. ʒ. i. ſquinanti cũ decoctione ſene & radicis eſule. & ualet idem contra yliacam paſſionem. &

contra diffuriam accipe ſaxifragam coctam i uino in quo diſſolue agarici.℥.ſ.& da patienti. Contra fiſtulaꝫ. R. agaricum puluerizatum cũ ſale tartari cum ſale cõi mixtum cum melle conficiatur & cũ tenta i uncta mitte in fiſtulaꝫ & oſſa fracta extrahit & malam carneꝫ corrodit & fiſtulã ſanat. Et ꝑtra morpheam accipe ſal cõmune uſtum & agaricum & tartarum equaliter & ſcarificatiõe facta ſuppone puluerem & fortiter frica.

Cap.iii.

c Oloquintida calida in tertio ſicca in ſecundo. Pomum eſt cuiuſdam fruticis quod etiam cucurbita alexandria appellatur. & ſola recepta mortifera eſt. Valet ꝑtra quartanam aqua decoctionis coloquintide.ʒ.ſ.&.℥.ſ. ſene. cuius colatura dulcoretur cũ ʒucaro & detur ante acceſſionis horam. Et decoctio coloquintide in aceto cũ quo abluatur os in modũ gargariſmi ualet cõtra dolorẽ dentium. & puluis coloquintide cũ melle mixtus ualet ꝑtra lũbricos. Et pueris fiat emplaſtruꝫ ex coloquintida & ſucco abſinthee circa umbilicũ applicando. & ad menſtrua prouocanda fiat fomentum decoctiõis interioris coloquintide cum arthemiſia. & ualet etiã contra duriciem ſplenis & epatis decoctio interioris coloquintide cuꝫ aqua ſcolopendrie & ʒucaro miſcendo.

Cap.iiii.

c Aſſiafiſtula calida & humida tempate habet uirtutem mundificãdi. leniendi feruorẽ ſanguinis mirabiliter mitigandi. coleram depurat a ſanguine. unde ualet in acutis paſſionibus uel febribus & ante purgationẽ uentrem mollificat & aptum purgationi facit. Et caſſiafiſtula gargarizata cuꝫ melle roſato apoſtemata faucium diſſoluit.

Cap.v.

Vforbium calidum eſt & ſiccuꝫ in quarto gradu

e Gummi eſt eiuſdẽ arboris in india qd' in dieb' ca

nicularibus colligitur. habet uirtutez purgandi flegma & attrahendi. Contra arteticā & podagraz ualet. & datur in mima doſi cum bdellio miſcendo & parx gerepigri galieni precedente digeſtione cū oximelle ſquillitico. Cōtra fiſtulam ualet euforbiū & maſtix puluerizata cū ſapone miſcēdo & ori fiſtule apponatur humiditatē conſumit & ſternutatio fit inde optima cū quo euacuatur materia a capite. & precipue ualet in litargia puluis narib' inflatus.

Cap. vi.

e Mblici ſunt fructus creſcentes ultra mare & mirabolonī citrini & kebuli ꝛc. Emblici purgant flegma & melācoliam cū decoctione radicis eſule minoris & ſene. Et puluis emblici cū decoctione taxibarbati miſcendo ualet cōtra emoroidas ſup annuz ſuppoſitum. Item puluis emblici cū puluere aloes i oleo diſtempatus & inde inungat caput ualet cōtra caſuz capillorx. Omnes mirabolonī ſūt frigidi & ſicci i ſecūdo gradu. & mirabolonī citrini purgant colerā. ſed kebuli emblici bellerici purgāt flegma. ſed indi purgāt melācoliaz. Autores dicunt q̄ oēs mirabolonī purgāt coleraz. ſed quidā minus. Citrini principaliter colerā ſecūdario flegma. kebuli pricipaliter flegma ſecūdario colerā. Indi pricipaliter melācoliā ſecūdario colerā. Pla.

Cap. vii.

m Anna calida eſt & humida tēpate. Eſt autē ros inuent' ſup quaſdā herbas diureticas q̄ cadit i quadam parte grecie & indie. & iuiſcat circa herbas & colligitur poſtea ſicut mel & eſt magne efficatie. Quidam ſophiſticant cū melle & zucaro. quidā cuz ſucco liqritie. Pura aūt manna ē ſubalbida & interi' habz quaſdaz concauitates. Et nil dulcius eſt pura manna. Sophiſticata autem dulcis eſt in quodam acumie. uirtutem habet mundificandi ſanguinem. unde ualet in acutis ſebribus cuz caſſiaſiſtula miſcendo.

Cap. viii.

r Eubarbarum est calidũ & siccum in secundo gradu. Dicitur reubarbarum. quia in barbara regiõe reperitur. uel in india uel in transmarinis partib⁹. Et est radix in pondere grauis non perforata cum frangit̃ habens uenulas interius distinctas hinc rufas hinc subpallidas. & cum masticatur tingit istud est eligendum: ꝓtrarium uero non eligendum. uirtutem habet purgandi colerã principaliter. & ꝓfert ꝓtra callefactionem epatis & splenis ex humoribus calidis. Confert etiam ꝓtra tercianam simplicem & duplicem isto modo. In aqua decoctionis quatuor seminum frigidorum ut citrulli melonũ ꝛc. resoluat̃ cassiafistula & tamarindi & in colatura misceatur reubarbari puluerizati. ʒ. ii. & spice. ℈. ß. & sumatur in mane. Idẽ ualet ꝓtra ycteritiam cum aqua endiuie miscendo.

Cap. ix.

f Cammonea est calide & sicce ꝓplexionis. Solitiõe educit coleram cum fortitudine attrahendi eam a sanguine & a uenis uehementer. Et doſ ei⁹ est granis tribus usq; ad. ℈. ß. cui additur parum masticis propter claudere orificia uenaruʒ que scammonea se solo sumpta aperire habet. Confert etiam admiscendo sibi medicinas cordiales stomaticales & epaticales. sicut sunt crocus cinamomum & spica & de sandalo rubeo.

Cap. x.

f Ene calide & sicce est ꝓplexionis. & crescit in trãsmarinis partibus. ualet ꝓtra melancolicas passiones & ꝓtra epilentiã & sincopi & ꝓtra opilationem splenis & epatis. Confert etiam aduersus febrẽ quartanaʒ & ꝓtra fluxum emoroidarum. Et sirupus factus ex decoctione sene & scolopendrie & boraginis cũ ʒucaro miscẽdo ꝓuenienter ꝓuenit ad predictas passiones. Et doſʒ eius est a. ⅔. ß. ad. ⅔. i. cũ parum ʒinciberis miscendo.

Cap.xi.

Amarindi ſolutione educunt coleraz & reprimũt
t feruorem eius & mundificant ſanguinem & conſe
runt inflationi epatis & ſtomachi. Eſt medicina ue
ra febris acute que indiget lenificatione. Doſis eius eſt ab.
℥.ʒ.ad.℥.i.cũ ſucco ſeniculi uel ſucco endiuie uel apii uel
ſero caprino aminiſtrando.

Cap.xii.

Vcarum calidum eſt & humidum tempate circa
ʒ primũ graduz. Virtutem habet humectandi. lu
bricandi & aliqualiter infrigidãdi ſi fuerit album
uel triũ decoctionuz. & uirtutem habet lenitiuã & abſter
ſiuam & lauatiuã quia iteſtina reddit lubrica & lenit pect⁹
& confert ſtomacho.

¶ Tertia particula de ſpeciebus aromaticis cõfortatiuis &
aliis conſimilibus conſortatiuis.

Cap.xiii.

Inamomuz calidũ eſt in ſecũdo gradu & ſiccum i
c tertio. Eligit eniz per guſtũ & diſcernit bonum.
Virtutez habet cõfortandi cerebrũ ex aromatici
tate. ⁊ ſolidandi ex ⁊ glutioſitate. Valet contra debilitatem
ſtomachi ex frigiditate. Det puluis cinamomi cũ puluere
carui i cibis. Cõpetenter etiã in ſalſamẽtis ponitur ad appe
tituz prouocãdũ. Cinamomũ maſticatuz reddit os aroma
ticum. Cõtra ſincopim & cordiacã paſſionẽ det puluis ei⁹
cum puluere garioffiloꝝ in ſorbili de ouis.

Cap.xiiii.

Ardamomũ ca. eſt & ſic. in ſecũdo. Semen eſt cu
c iuſdaz arboris. & ſũt due ſpẽs maius & min⁹. Ma
ius dicit domeſticũ. minus dicit ſiluaticum. Ma
ius eſt melius. qa magis aromaticũ & i colore ſubruſum.
Virtutẽ habet cõfortandi ex aromaticitate. diſſoluendi ⁊ ſu
mẽdi ex qualitatib⁹ ſuis⁹. Valet cõtra cordiacã paſſionem

ex frigida causa. fiat decoctio eiꝰ i uino aromatico cũ parꝗ aque rosarꝗ miscendo detur patienti. Ad digestionẽ cõfortandam & debilitatẽ stomachi puluis cinamomi cũ semine anisi detur i cibis. Contra debilitatẽ cerebri ex reumate. Puluis eius cũ puluere cubebarꝗ naribus iflatus confert.

Cap. xv.

Rocus ca. & sic. ẽ i primo gradu. Cuiꝰ due sunt
c spẽs. s. ortensis q i ortis repit. & crocꝰ orientalis q
i ptibꝰ orientalibꝰ repit. Virtutez hz ꝓfortãdi ex qualitatibꝰ suis ex arõaticitate sua. Confer ꝓtra debilitatez stomachi & cõtra sincopi. Et ualet ꝓtra yliacã strãguriam & diffuriã passiões: fiat decoctio croci i oleo & melle & loco doleti cathaplasma fiat.

Cap. xvi.

Alamus aromaticus ca. est & siccus i se. gra. Ra/
c dix est cuiusdã fruticis & ualde aromatica ẽ. Vir/
tutẽ hz confortandi & consumẽdi. Cõtra dolorem stomachi & itestiorꝗ ex frigiditate & uentositate certum est remediuz. Puluis eiꝰ i q̃titate. ʒ. ß. cũ succo absinthei & parum uini miscẽdo detur patiẽti ad digestionẽ cõfortandã. & si addatur puluis cinamomi ualebit eo meliꝰ. Idem ualet ad cordiacã passionez.

Cap. xvii.

Arioffili calidi & sicci i tertio qdã dicunt i se. gra.
g Habet aũt uirtutẽ confortandi ex aromaticitate &
uirtutez dissoluẽdi & cõsumẽdi ex q̃litatibꝰ. Valet ad digestionez cõfortandã. detur uinuz decoctiõis gariofilorꝗ & masticis mire ꝓdest. Confert etiã ad dolorem stomachi ex frigida cã uel ex uentositate: detur uinuz decotionis eorꝗ cuz semine feniculi. Valet etiã contra suffocationez matricis. Puluis gariofilorꝗ conficiatur cum uino odorifero & superponatur uel iniciatur ꝑ pessarium fumus eorꝗ & receptus i seriꝰ ualet. Ad p̃cipitationem matricis odorentur gariofili. Et uinum decoctionis eorꝗ etiã detur. Ad cerebrum confortandum applicentur gariofili naribus & confert.

Cap.xviii.

Alanga calida eſt & ſic.i ſe.gradu. Radix eſt & eli
g gitur que ſubruſa eſt nodoſa & ponderoſa & acutũ
ſapores habens. Que aũt ſubalbida & leuis & fe
re nullũ ſaporem habens & pforata abicienda eſt. Habet
aũt uirtutes confortandi ex aromaticitate ſua & diſſoluen
di & conſumendi ex qualitatib'. Det uinũ decoctionis ei'
ad digeſtionem confortandã & dolorem ſtomachi ex frigi
da cauſa uel uentoſitate. Et ad cerebꝝ confortandũ puluis
galange applicet narib'. Ad cordiacã paſſiones & contra
ſincopi det puluis ei' cũ ſucco boragis. Cap.xix.

Entiana calida eſt & ſic.in ſe.gradu. Eſt herba cu
g ius radix eodem mõ appellat & radices uſui me
dicine cõpetunt. Et q ſolida citrinũ habens colorẽ
& non pforata incolumior eſt ſimiliter multã habens ama
ritudines bona eſt. Virtutes habet diſſoluendi. cõſumendi
attrahendi. eſt enĩ diureticũ. Valet aduerſus antiquũ aſma
det puluis cũ uino addita aqua ordei. epilenticis det pul
uis ei' cũ ſucco pionie. Et ſuppoſitoriũ uel peſſariũ factũ
ex puluere gentiane cũ ſucco arthemiſie cũ paꝝ mellis ua
let ad menſtruũ puocandus & fetum mortuũ & ſecundi
nam excludit. Cap.xx.

Iquiricia calida eſt & hũida tempate. Eligena eſt
l que tota interius crocea eſt. & cus frangitur non
pulueriza t. & que ponderoſa eſt. que autem ſub
albida uel ſubnigra & lenis uel uiridis abicienda eſt. Et ſu
cus eius eſt eiuſdes efficacie. Valet decoctio ei' cus aqua
contra omnia uicia pectoris & maxime pleureticis & peri
pulmoniacis. Et uinũ decoctionis eius ualet contra tuſſis.
& liquiricia maſticata & ſub lingua retenta ſitis & aſperi
tatem ſtomachi & gutturis mitigat. Cap.xxi.

Acis cali. & ſic.i ſecundo gradu flos eſt. Et maces
m reperiuntur circa nuces muſcatas in circũferẽtia.

Virtutem habet ꝓfortandi ex aromaticitate. diſſoluẽdi. cõ-
ſumẽdi ex q̃litatib⁹ ſuis. Eligendus ẽ q ſubruſus eſt q ẽt
acutũ hꝫ ſaporẽ cũ aliq̃li amaritudie. niger aũt & terreus
qui nõ habet acutũ ſaporeꝫ abiciat. Et uinũ decoctionis
ei⁹ ualet ꝓtra idigeſtionẽ ex frigiditate. Et maſticatõ ma
cis ualet ad cõfortandũ cerebꝝ. Et puluis macis i cibo &
potu datus ualet contra cordiacam paſſionem.

Cap. xxii.

n Vx muſcata calida & ſicca in ſecundo gradu. fru-
